D3361
ye|xc|.

a1, a4, a10, b5
in photostat

csf
1940

First Edition

W. W. Greg
Park Lodge
1920

collated on 11/12/97
a^9, b-k[8].

8 woodcuts, 4 provided in facsimile
[a1(v), a4(v), a9, b5(v)]

BM German Cat. p. 758.

Fairfax Murray, German Books, no. 210.

F.E.STOAKLEY CAMBRIDGE.

OPERA HROSVITE ILLVSTRIS VIRGINIS ET MONIALIS GERMANE GENTE SAXONICA ORTE NVPER A CONRADO CELTE INVENTA.

In hoc libro hæc cõtinent̃.
Comedi e ſex in emulatiõem Therencii
Prima Galli anus.
Secunda Dulcicius.
Tercia Callimachus
Quarta Abraham.
Quinta Paſſnucius
Sexta Fides & Spes.

Octto ſacræ hyſtorie uerſu hexa.& pẽtha.
Hyſtoria beate Marie uirginis
Hyſtoria Reſurrectionis domini
Hyſtoria & uita ſancti gangolfi
Hyſtoria ſancti Pelagii
Hyſtoria cõuerſionis ſancti Theophili
Hyſtoria Proterii & ſancti Baſilii
Hyſtoria paſſionis ſancti dyoniſii
Hyſtoria paſſionis ſancte agnetis.

Panegiricus uerſu hexametro in laudẽ & geſta Oddonis magni primi in germania impatoris



PA
8340
.A12
1501
Vault

Ad Fridericum Illuſtriſſimũ Saxoniæ ducem & Rhomani
imperii electorẽ Conradi Celtis in opera Rhoſuithæ moni
alis & uirginis Germanicæ prefacio & epiſtola Incipit.

Difficili & longa peregrinatiõe nõ ſine peculii mei & proſpere ualitudinis ia
ctura princeps Illuſtriſſime germanie noſtræ fines & eius interiora quæ tu: ger
manuſq; tuus Madburgenſis Archiepiſcopus & germanie primas longe lateq;
poſſidetis pluſtraui. Eũq; laborẽ & itinerũ pericula libẽs ſemp & hilari animo
ſubii: ut antiquos & nondum impreſſos inquirerẽ codices & ſi quos in hercinia
ſilua. alpibus. obnobiiſq; mõtibus & uaſtis germanie ſolitudinibus paludibus
etiã in monaſteriis & cenobiis druidarũ locupletiſſime a noſtris imperatoribus
& ducibus fundatis inueniſſem : noſtrorũ ſeculorũ fœlicitate p impreſſoriã artẽ
a noſtris hoĩbus inuentã in lucẽ proferrẽ. Ad quã rem multæ ſane & honeſtæ
cauſæ me impulerant. Nec uaniloquẽtia aliquorũ maledicorũ & detractorũ me
orum me ab incepto deterrere potuerat: Qui dũ in alio uiderint quod impar ſu
is uiribus uel quod illi ſua ignauia & ob inſitã ingenii & inerciæ hebetudinẽ &
tarditatẽ attingere nequeũt. Mox aliene uirtuti cui nihil inuiũ & inacceſſum eſt
obloquunt̃ & obſtrepũt: ſacrilegiiq; eos inſimulãt qui uetuſtos codices & quic-
quid lr̃arũ ſub Conſtãtinis Karolis & Arnulphis Fridericis & Conradis & Od
donibus clariſſimis & religioſiſſimis impatoribus in germaniã illatũ: aut apud
nos natũ cõſpexerint: græcaq; & rhomana illa priſco charactere cõſcripta legere
nõ poterint. Quibus ego benigne admodũ reſpõdeo. pulcerrimũ eſſe homini
germano & laudi toti germanice nationi: ſi quis amore lr̃arũ & patriæ peregri
natões ſuſceperit & quæcũq; exẽplaria uetera græca aut latina: dono: cõmutati
one: uel mutuo aut numerata pecunia conquirere poſſit. Illaq; impreſſioni man
dare. Et dum illa impreſſa aut trãſcripta fuerint cũ uſura & ut ita dicã poſtlimi-
nio acceptis induuiis iu loca ſua & cenobia reuertant̃. Quo circa dũ uidiſſem
multa preclara & illuſtria exẽplaria tãquã ægregia & optima quedã de nobis
ſpolia ab Italis e germania in italiã delata ibiq; impreſſa. Cogitabã ego ad me
hominẽ in media germania & hercinia natũ: & qui primus inter germanos lr̃a-
rum ornamẽta & inſignia ac imperialẽ laurũ a cæſare: tuo prĩceps illuſtriſſime
Friderice ductu & monitu: accepiſſem: ſucceſſionis & hereditatis iure ſpectare
debere: ut latẽtes in obſcuro codices uelut uenator egregius elicerẽ. Germaniſ-
q; nieis tanquã opipera quedã offerrẽ: quibus illi ueterũ noſtrorũ patrũ & ꝓge
nitorũ circa lr̃as & religionẽ chriſtianã noſtrã diligẽtiã & iuges labores uiderẽt
& intelligerẽt: Cõmiſeratõe q̃dã ductus & priſcorũ germanorũ laboribus mirũ
immodũ cõpaciẽs: ut quæ illi magnis impenſis & uigiliis: dũ ante annos ſeptin
gẽtos Rhomanas lr̃as: prius enĩ græcis uſi fuimus: cũ religione chriſtiana ſuſce
pimus ſcripſiſſent: Illa iam ſeculorũ noſtrorũ ignauia & incuria: dũ ſpecioſa ui-
cia ſequimur: a cœli iniuria puluere ꝓ lr̃arũ ſtudiis ſitu & carie & ut cũ gemitu
dicã a blaptis etiã nõ ſatis tuta eſſent. Acceſſit mira mihi quædã hiſtoriarũ ger
manicarũ uicinarũq; nobis nationũ cupido. Vt ſi quos inueniſſem de regibus
& impatoribus noſtris codices aut illorum clare geſta aut dicta ab externis uel
noſtraciis lr̃is mãdata: illos ĩ lucẽ ederẽ aut ad Illuſtratã noſtrã germaniã que in

manibus eſt inſererē:aut argumēta ſcribēdi accipere. Cū itaqꝫ nuper eius grā pe/
gre ꝑfectus fuiſſem:forteqꝫ in cenobiū ordinis ſcti Benedicti cōceſſiſſem:reperi
uetuſtiſſimū lrā ferme gothica & mulieris manu cōſcriptū codicē ſub titulo & in
ſcriptiōe uirginis & monialis germanæ gēte ſaxonica. Quo cōtinebant̄ ea que
in frōte & indice huius uolumis cōtinēt̄. Incredibile dictu quāto ſtupore & gau
dio correptus fuerim dū mulierē germanā poſt ſexcētos annos tot enī ab Oddo
ne primo in noſtrā uſqꝫ etatē fluxere:latina orōne & uerſu loquētē legiſſem. Mi/
rabar in ea uehemēter tria que admodū paucis cōceſſa ſunt ut Ioannes dalbur/
gius uormacienſis antiſtes omniū decus noſtrū & lrarū & preſulū ſingulare or/
namētū in diſticho ſuo memīt:ꝙ talia puellari ætate ſcripſerit & femīa in media
barbarie & patria horrida genita. Mirabar inſup antiquos uerborū & noīm in/
flexiones & ſtructuras:ut ſois ꝑ ſibi tis ꝑ tibi mis ꝑ mihi:figuras etiā & dictio
nū [illegible]ſſiōes ut debrius ꝑ ebrius & id genus plura: Taceo liberales artes mathe
maticæqꝫ diſciplinas ī q̄bus ſe illa doctā & admirabilē oſtēdit ut de tonis & mu
ſica in paffnucio & de ui & uirtute & naturis numerorū in fide:ꝙ ſi aliq̄bus orō/
nis cōpoſitio ī carmine & orōne eius naſum cōtraxerit:dent queſo ueniā nō ſibi
ſed illis ſuis tp̄ibus:quibus nulla alia eloquētia ꝑpter barbarorū diluuiū parēs
lrarū Italia uſa eſt: Teſtes decretales & clemētine oēs eius tp̄is & ſeculi epiſtolæ
& reſcripta: Teſtis eſt Codex & q magni Gregorii moraliū libri & aliorū illius
ſeculi ſcriptorū:in q̄bus longe alia q̄m in digeſtis:diuo Hieronymo. & Auguſti
no elocutiōis cōpoſitura eſt: Vbi oīa ad arythmū & cōcinnā medii & finis ſono
ritatē referunt̄:quē Cicero colorē ſimiliter cadentē & deſinētē noīat: Proinde nō
me tātū huius uirginis n[illegible]æ lræ delectabāt. Quātū uel ille nræ cymbricæ mu
lieris: uel uelada illa au[illegible]inia a Rhomanis ſcriptoribus q ſingularē in bello
uirtutē & diuinationē illis diuinitus inſpiratā cōmemorat. Lōgū eſſet princeps
illuſtriſſime ſi germanarū mulierū uirtutes ab humanis ſublatarū & adhuc ui/
uētiū recēſere uellē: Nec ego tāti ſapho clœliā uel Hieronymi euſtochiū & pau
linā: aut apud hebreos Ruth Iudith & Heſter: Quātū ego in muſicis inſtrumē
tis omibus doctiſſrmā Annā germanā: aut agnulā phriſiā in carminibus ſaphi
cis iureciuili & diuino & philoſophia adm[illegible]abilē: Aut illā noſtrā charitatē Vili
baldi pyrkhamers hoſpitis nr̄i ſororē in ro[illegible]ana lingua & ſcribēdis epiſtolis fa/
cilē & extēporaneā: Nullus ſexus & ætas in omī terrarū loco ad uirtutē & erudi
tionē imbecillis & indocilis eſt:ſi quādo īgeniū ind[illegible]ſtria educatio & preceptio
illi adeſt: Cū itaqꝫ princeps illuſtriſſime lōga mecum cogitatiōe uoluiſſem. [illegible]ui
nā opus tāte mulieris dedicare deberē: Occuriſti tu mox in illis decretoriis & co
micialibus Norinbergæ diebus: Cunqꝫ codicē iſtius nræ poetæ tibi obtuliſſem:
Tu mox ut imprimeret̄ iuſſiſti & curaſti:data etiā a ceſareo ſenatu priuilegio ne
quis hāc & alia exēplaria impreſſa in decē annis poſt me & ſodales meos in li/
beris & imꝑialibus urbibus imprimere auderet:ſub certa & debita mulcta: Ac/
cipe igit̄ princeps illuſtriſſime lraria illius mulieris gēte tua ortæ munera: que
tu ut æterniora ſunt maiora eſtimas quā ſi tibi qd fluxū & caducū obtuliſſemus
Tantus enī amor tuus in æternas & immortales ut ita dixerim lras & relligionē
chriſtianā ē ut facile oēs alios germaniæ prīcipes multos etiā preſules ad quos
lrarū cura & ꝓciniū iure ſpectare deberet excellas & ſuperes ſequeris tu recte

& inheres ueſtigiis Oddonis illius primi.cuius oē prīmoniū & ampliſſimū im/
periū tu & germanus tuꝰ Erneſtus Madburgēſis archiepūs hereditario quodā
iure titulo & ꝓpe ſaguinis ꝓpagatiōe & affinitate poſſidetis.Accepiſti eā a ꝓge
nitoribus tuis & pr̄e illuſtriſſimo Erneſto inſtitutionē:q religione pietate iuſticia
& ſingulari clemēcia & liberalitate ſup oēs ſui ſeculi pricipes pollebat & emine/
bat:fœliciſſimus ille fecūditate illuſtriſſimæ cōiugis bauarorū familia antiqſſi/
ma & nobiliſſima ortæ:cū qua ante ſuſceptā etiā religionē ſaxonibus cōiugia &
affinitates fuere: Multā ille& inclitā ex ea ſua nobiliſſima & religioſiſſima feīa
genitor tuus ſuſcepit prolē: De qua duo clariſſimi adoleſcētes ſacris iniciati a di
tiſſimis potētiſſimiſq; in tota germania eccleſiis Mogūdina & Madburga in pō
tifices poſtulati ſunt.Te tuoq; germano Ioāne ad patrias terras & rempub.po/
tētiſſimi ducatus relicto:In quo tu ſingulari prudēcia conſilio ſapīa & modeſtia
& amore pacis & cōcordie qui in germaniæ prīcipes rarus affectus eſt eluces &
emicas:latrocinii piurii ſeuiſſimus hoſtis & inimicus. Nō facile dixerim quātas
tu expēſas ꝓ prīcipū nr̄orū cōcordia firmādaq; Italiæ galliæ germaniæq; ueſtre
pace & unione feceris:quotq; annos eius rei gr̄a procul a patria apud Fridericū
Ceſarem apud quē nūc Imperiū rhomanū ſpirat Maximilianū inuictiſſimū re/
gē abſumpſeris.Nulla tibi de patria terra & ampliſſimo ducatu tuo cura.Nul/
la de cōiuge ducēda animi ſollicitudo.Q uicqd opū uiriū animi & cōſilii in te ē:
hoc totū reipub.chriſtiane & imperio rhomano & ꝓ eius maieſtate cōſeruanda
īmpēdis.donas.prebes & offers animi tui nobiliſſimi & corpis tui ægregii: illa
diuina quedā ex natalibus & ſigillatis ut genethliaci dicūt ſtellis dona ſūt ex de
core enī uultus tui & oculorū tuorū modeſtia & quad ſingulari gratia:hoīm in
te fauorē trahis & rapis.Admirabilis inter has uirtutes laborū & uigiliarū paci
encia & tolerācia:Si quādo a repub.uacas aut uenatiōi relaxādi animi gr̄a intē
dis:mirū tuū in lr̄as ſtudiū eſt:Nūc poetas nūc oratores & hyſtoriographos iā
medicos & theologos nūc iuriſperitos audis legis & te illis oblectaris.Nunc in
mathematice diſciplinis nūeris & mēſuris aſtrorūq; obſeruationibus & naturis
& motibus delectaris:Muſicā & picturā & eas quas græci & latini ī admiratōe
& maximo cultu habuere earūq; artiū ægregios mgr̄os tuis donis & muneribꝰ
donas & accumulas:facis tu ut Sigiſmūdus quodā impator fecerat: q ſupra no
biles illos ī ſua curia honorabat & locabat : qui īgenii preſtācia & ſingularibꝰ
artibꝰceteros mortales anteirēt:Interrogatꝰ cur id faceret:nobilitatēq; & illuſtrī
natos genere deſpiceret.Reſpondiſſe fert̄:Iure ego illos colo & ceteris mortali/
bus prefero quos natura parēs & deus ſingulari donauit īngenio:Subiciens il/
los ſolos uaturā & deū poſſe creare.In ſua aūt ptāte ſitū ut ī ſingulas horas no
biles titulo & prediis faceret.Q uapropter princeps illuſt.ob eas ægregias ani/
mi & corpis tui dotes oēs qui ingenio aut aliqua ſingulari arte pollet te colūt &
obſeruāt tibiq; & illuſtriſſime tue familiæ obſeruācia & obſequio aſſurgunt. E
quorū numero & ego me tibi tuiſq; illuſtriſſimis germanis archipreſuli & ioāni
totū offero dedo & cōmendo.Vale Princeps illuſtriſſime noſtramq; nomini tuo
dedicatā poetā germanicā ſi quādo a republi. uacaueris lege & reuolue. Vale
iterum ex Norinberga Auguſta pretoria diuerſorio noſtro lr̄ario Ede Vilibaldi
pyrkhamer Vtriuſq; liugue & philoſophie ſtudioliſſimi.

SODALITATIS LITTERARIE EPIGRAMmata In Norinbergæ Conuentu principū & decretoriis Imperii diebus cōſtituta. In opera Hroſuithæ clariſſimæ uirginis & monialis Germanicæ.

Ioānes Dalburgius Vormacien Epiſc. ſodalitatis litterariæ ꝑ uniuerſam germaniā prīceps.

Q ue paucis ætas cōceſſit patria ſexus
Hroſuitha uirgineo preſtitit ingenio
Aliud eiuſdem.
Affro laus ſcenæ: Lyra. Flacco: Bella maroni
Multiplicem laurum Hroſuita docta gerit.
Ioānes tritennius Abbas in ſponheim
Cur nō laudemus germanæ ſcripta puellæ
Que ſi græca eſſet iam dea certa foret
Adde ꝙ hos cecinit q̄m priſco tempore uerſus.
Hinc ſexcenteno phœbus ab orbe redit
Heinricus de Bunau.
Quantum germanis faueant pia numina cœli
Hac nunc in docta uirgine noſſe potes
Hec ueteres ſanctos uates uenerāda recenſet
Et plus q̄m ſap[illegible] carmina caſta canit
Ololikos de Stein al's Eyteluolff
Hac de germana quid graie quid Itale ſentis
Non minus ac ueſtræ uerba latina canit
Vilibaldus byrkhamer Nornbergen.

Ἐι σαπφὼ δεκάτη μουσάων ἐςὶν ἀοδόντων
Ῥόσβιθ ἑνδεκάτη μοῦσα καταγράφεται

Eiuſdem traductio
Si ſapho decima eſt muſarum dulce canentum
Hroſuitha ſcribenda eſt undecima aonidū.
Ioannes tholophus prepolitus
Vt lyra threicio conceſſit carmina uati
Que micat arctoo fulgida ſtella polo
Hec eadem influxit Hroſuitæ uerba chelimqꝫ
Nata ex ſaxonicis caſta poeta plagis
Heinricus Groninger
Inuide diuinos non ceſſas carpere uates.
Tanquā mendaces uaniloquoſqꝫ uiros
Nonne uides quātū hec monialis carmīe poſſit.
Hyſtorias ſacras uirgo diſerta canens

Ioannes Vernerus

Hroſuitha germanis nunc maxima gloria terris.
Carminibus lacios nectere docta modos
Nec minus & uoces deſcribit culta ſolutas.
Libera therencii comica facta ſequens

Martinus Mellerſtat medicus

Gloria quanta fuit magnis Oddonibus armis.
Gloria tanta tibi Hroſuitha in hyſtoria

Conradus Celtis

Si proba magniloquũ cogens centone maronem
Atq; aluit doctum quos tulerat latium
Hanc noſtrã legerent ſaxono ſanguine cretam
Noſtræ laudaſſent carmine uatis opus.

Ioannes Lateranus

Olim in arctoa generata terra
Saxonæ gentis generoſa uirgo
Cuius antiquũ memoratur eſſe
Hroſuitha nomen
Illa diuinos cecinit calores
Martyrum ſanctas modulata uitas
Arte q̃m magna druidumq; geſta
Docta recenſet
Quam ſacro denam numero ſororum
Phœbus adſcripſit miſerans laborum
Et ſibi dignos cumulans honores
Laude perenni.

Ioannes Stabius mathe. Ingelſtadien

Barbara noſtra licet dicatur patria tellus
Expers & gray dogmatis & lacii
Attamen hoc calamo potuit germana uirago.
Hroſuitha quod lacii uix potuere uiri

Vrbanus prebuſinus

Quanta fuit grays ſapho doctiſſima muſis
Tanta fuit laciis Hroſuitha carminibus.

Sebaſtianus Sprentz

Claruit ut quondã ſeptenis græcia ſophis
Extulit ut uates inclita rhoma ſuos
Sic decus & patriæ ſplendor celebrat᷑ in oris
Hroſuitha germanis digna puella legi.

Finis.



Hroſuithæ illuſtris mulieris germanæ.gente ſaxonica
ortæ in ſex comedias ſuas prefatio Incipit fœliciter.

P Lures inueniunť catholici:cuius nos penitus expurgare nequi/
uimus facti:qui ꝓ cultioris facũdia ſermonis:gentiliũ uanitatẽ li
brorũ utilitati preferũt ſacrarũ ſcripturarũ.Sunt etiã alii ſacris in
herẽtes paginis:qui licet alia gentiliũ ſpernãt:Therẽcii tamẽ fig
menta:frequẽtius lectitãt: & dũ dulcedine ſermonis delectanť:nefanda. um
noticia rerũ maculanť.Vnde ego clamor ualidus gandes hemẽſis:nõ recuſa
ui illũ imitari dictãdo:quẽ alii colũt legẽdo:quo eodẽ dictatiõis genere: quo
turpia laſciuarũ ĩceſta feĩarũ recitabãt:laudabilis ſacrarũ caſtionia uirginũ
iuxta mei facultatẽ ingenioli celebrareť. Hoc tamẽ facit nõ raro uerecũdari:
grauiqꝫ rubore ꝑfundi:ꝙ huiuſmodi ſpecie dictatiõis cogẽte:deteſtabilẽ illi/
cite amãtiũ demenciã:& male dulcia colloquia eorũ: que nec noſtro auditui
ꝑmittunť accomodari dictãdo mente tractaui:& ſtili officio deſignaui:Sed ſi
hæc erubeſcẽdo negligerẽ:nec ꝓpoſito ſatiſfacerẽ:nec innocentiũ laudẽ adeo
plene iuxta meũ poſſe exponerẽ:quia quãto blãdiciæ amentiũ ad illiciendũ
promptiores:tãto & ſuꝑni adiutoris gloria ſublimior: & triũphãtiũ uictoria
ꝓbať glorioſior:preſertim cũ feminea fragilitas uinceret:& uirilis robur cõ/
fuſioni ſubiaceret.Nõ enĩ dubito mihi ab aliqbus obici:ꝙ huius uilitas di/
ctationis:multo inferior: multo cõtractior:penituſqꝫ diſſimilis eius:quẽ pro
ponebã imitari eorũ cõcedo ſentenciis:Ipſis tamẽ denũcio:me in hoc iure re
prehendi nõ poſſe quaſi his uellẽ abuſiue aſſimilari:q mei inerciã longe pre
ceſſerũt in ſciẽtia ſublimiori. Nec enĩ tantæ ſum iactãciæ ut uel extremis me
preſumã cõferre auctorũ alumnis:ſed hoc ſolũ nitor:ut licet nullatenuſ ualeã
apte.ſupplici tamẽ mẽtis deuotiõe acceptũ ĩ datorẽ retorqueã ingeniũ.Ideo
qꝫ nõ ſum adeo amatrix mei ut pro uitãda reprehẽſiõe chriſti: qui in ſanctis
oꝑať uirtutẽ quocũqꝫ ipſe dabit poſſe ceſſem predicare. Si enĩ alicui placet
mea deuotio:gaudebo.Si aũt uel pro mei abiectiõe uel pro uicioſi ſermonis
ruſticitate nulli placet: memetipſam tamẽ iuuat quod feci:quia dũ ꝓprii uili
tatẽ laboris ĩ aliis meæ inſciẽtiæ opuſculis heroico ligatã ſtrophio in hac dra
gmatica iũctura ſerie colo:ꝑnicioſas gentiliũ delicias abſtinẽdo deuito.

Epiſtola eiuſdẽ ad quoſdã ſapiẽtes huius libri fau/
tores & emẽdatores priuſquã libros ſuos ederet.

P Lene ſciis & bene moratis: nec alieno ꝑfectui inuidẽtibus ſed ut de
cet uere ſapientes cõgratulantibus Hroſuith neſciola nullaqꝫ probi
tate ydonea:preſens ualere & perpes gaudere. Veſtræ igiť laudãdæ
humilitatis magnitudinẽ ſatis admirari nequeo magnificeqꝫ circa mei utilita
tem benignitatis atqꝫ dilectiõis plenitudinẽ.condignarũ recõpenſatiõe gra/
rum remetiri non ſufficio. quia cũ philoſophicis apprime ſtudiis enutriti: &
ſciẽcia lõge excellẽcius ſitis ꝑfecti.mei opuſculũ uilis muliérculæ uſ͞a admira
tione dignũ duxiſtis & largitorẽ in me oꝑantis gratie: fraterno affectu gratu
lãtes laudaſtis.arbitrãtes mihi ineſſe aliquãtulã ſcientiã artiũ.quarũ ſubtili/
tas lõge preterit mei mulibre ingeniũ.Deniqꝫ ruſticitatem meæ dictaciũculæ

hactenus uix audebã paucis: ac ſolũmodo familiaribus meis oſtẽdere unde pene opera ceſſauit dictãdi ultra aliquid huiuſmodi. quia ſicut pauci fuere. qui me prodente pſpicerent: ita nõ multi: qui uel quid co rigẽdũ ineſſet enu clearẽt. uel ad audiendũ aliquid huic ſimile ꝓuocarẽt. At nũc quia triũ teſti moniũ conſtat eſſe uerũ uestris corroborata ſentẽciis fiducialibus: preſumo & cõponendis operã dare: ſi quãdo deus annuerit poſſe. & quorũcũq; ſapiẽ tiũ examen ſubire. Inter hoc diuerſis affectibus: gaudio uidelicet & metu: in diuerſum trahor. Deũ nãq; cuius ſolũmõ gr̃a ſum id quod ſum in me lauda ri cordetenus gaudeo. ſed maior q̃m ſim uideri timeo. quia utrũq; nefas eſſe nõ ambigo. & gratuitũ dei donũ negare: & nõ acceptum accepiſſe ſimulare unde non denego preſtante gr̃a creatoris. per Dynamin me artes ſcire: quia ſum animal capax diſciplinæ: ſed per energiã fateor omĩo neſcire. pſpicax quoq; ingeniũ diuinitus mihi collatũ eſſe agnoſco: ſed mgr̃orũ ceſſante dili gentia incultũ. & propriæ pigricia inerciæ torpet neglectũ. Quapropter: ne in me donũ dei annullaret̃ ob negligenciã mei ſi qua forte fila uel etiã floc cos de panniculis a ueſte philoſophie abruptis euellere quiui: prefato opu ſculo inſerere curaui. quo uilitas meæ inſciẽtiæ intermixtione nobilioris ma teriæ illuſtraret̃. & largitor ingenii tanto amplius in me iure laudaret̃: quã to muliebris ſenſus tardior eſſe credit̃. Hæc mea in dictando intẽtio. hæc ſo la mei ſudoris cauſa eſt. neq; ſimulãdo me neſcita ſcire iacto: ſed quantũ ad me tantũ ſcio quod neſcio. quia enim attactu ueſtri fauoris atq; petitiõis ha rundineo more inclinata: libellũ quem tali intentione diſpoſui: ſed uſq; huc pro ſui uilitate occultare. q̃m in palam ꝓferre malui. uobis perſcrutandũ tra didi. decet ut nõ minoris diligẽcia ſollicitudinis eũ emendando inueſtigetis q̃m proprii ſeriem laboris. & ſic tandẽ ad normã rectitudinis reformatũ mi hi remittite: quo ueſtri magiſterio premõſtrãte. in q̃bus maxime peccaſſem poſſim agnoſcere.

ARGVMENTVM IN GALLICANVM.

Conuerſio gallicani principis miliciæ. qui iturus ad bellum cõtra ſcithas ſacratiſſimã uirginẽ cõſtantiã: Conſtãtini imperatoris filiã deſponſauit. ſed in cõflictu prælii nimiũ coartatus: per Iohannẽ & paulũ primicerios conſtã ciæ cõuerſus: ad baptiſma cõuolauit. celibemq; uitam elegit. Poſtea autẽ iu bente Iuliano apoſtata in exiliũ miſſus martyrio eſt coronatus. Sed & Iohã nes & Paulus eodem iubente clam occiſi & in domo occulte ſunt ſepulti. nec mora percuſſoris filius a demonio arreptus patris cõmiſſum: & martyrũ cõ fitendo meritũ: iuxta eorũ ſepulcra ſaluatus una cũ patre eſt baptiſatus.

COMEDIA PRIMA GALLICANVS



Conſtantinus. Gallicanus. Conſtancia. Artemia.
Attica. Iohãnes. Paulus. Principes interlocutores.

CONSTANTINVS

Edet me Gallicane morarũ. quia gentẽ quã ſcis ſchitarũ romanæ ſolã reſiſtere paci. noſtriſq; temere preceptis reluctari. bello protrahis laceſſere. cũ pro tui ſtrẽnuitate id tibimet exercicii ad defenſionẽ nõ ignores patrie ſeruare. Gal. Tuis eni o auguſte Cõſtãtine obnixe manibus pedibuſq; ſemp inſiſtens. obſequiis tuæ auguſtalis excellẽtiæ uotis. effectu conabar reſpõdere operis. nec unquã ſub traxi faciẽdis. Con. Si opus eſt monitu. nam memoriæ fixũ teneo. unde monui hortãdo pocius q̃m arguẽdo morẽ ut geras. Gal. Idipſum etiam ſtudebo nũc. Con. Gaudeo. Gal. Nec amore uitæ abduci potero. quin pagam quæ iubes. Con. Placet tuiq; in me beniuolenciã laudo. Gal. Sed ſumma implendæ intẽtio ſeruitutis ſummã expetit recõpenſationẽ mercedis. Con. Nec iniuria. Gal. Difficultas eni cuiuſcũq; laboris tollerabilius fert̃ ſi haud incerta acci piẽde ſpe mercedis releuat̃. Con. Patet. Galli. Vnde incũdi præmiũ periculi mihi queſo proponas in preſenti quo impigre dimicãs ſudore nõ frangar certaminis animatus ſpe retributiõis. Con. Q uod digniſſimũ omiq; uidebatur ſenatui gratiſſimũ nunq̃m tibi negabã. aut negabo premiũ. ſcilic& nr̃æ adeptionẽ familiaritatis precipueq; iter palatinos dignitates. Ga. Fateor. ſed id haud nũc molior. Cõ. Si aliud expetas oportet ꝑferas. Gal. Immo aliud. Cõ Q uid? Gal. Si preſumo dicere. Cõ. Et bene. Gal. Iraſceris? Cõ. Nullomodo. Gal. Certe. Cõ. Non. Gal. Moueberis indignatiõe. Cõ. Ne id uereare. Gal. Dicã: iuſſiſti? Cõſtantiã tui natã amo. Cõ. Et merito decet ut herilẽ filiã honorabiliter ames. & amabiliter honores. Gal. Interrũpis dicẽda. Con. Nõ interrũpo. Gal. Ipſamq; ſi tua annuerit pietas deſpõſare geſtio. Con. Nõ leue appetit premiũ: ſed ſummũ uobiſq; o principes ante inſolitũ. Gal. Heu heu de dignat̃. preſciui. Inſtate queſo mecũ precibus. Prin. Decet tuã impator ægregie dignitatẽ: ut ꝑ ſui reuerentia hoc illi nõ abnuas. Cõ. Nõ abnuo quãtũ ad me. ſed ſubtili primũ inquiſitiõe reor inueſtigandũ an filia prebeat aſſenſũ. Pri. Cõſequẽs eſt: Con. Ibo ipſamq; ſi uelis gallicane pro hac re appellabo. Gal. Ac libẽs. Cõſtancia: Dominus impator adit nos ſolito triſtior quid uelit uehemẽter admiror. Cõ. Huc ades o filia cõſtãcia paucis te uolo. Cõ: Aſſum domĩe mi iube quid uelis: Cõ. Anxietate cordis fatigor. grauiq; triſticia afficior: Con. Vt te uenientẽ aſpexi triſticiã deprehẽdi: & licet cauſam ignorarẽ cõturbata ꝑtimui. Cõ. Tui cauſa cõtriſtor. Cõ. mei? Con. Tui. Cõ. Expaueo quid eſt domĩe mi? Cõ. Piget dicere ne cõtriſteris. Cõ. Multo magis cõtriſtor ſi nõ dixeris. Cõ. Gallicanus dux cui frequẽs ſucceſſus triũphorũ primũ inter principes dignitatis adquiſiuit gradũ. cuiuſq; ope ſepiſſime indigemus ad defenſionẽ patriæ. Cõ. Q uid ille? Cõ. Deſiderat te ſpõſam habitum ire. Cõ. me? Cõ. Te. Cõ. Mallem mori. Cõ. Preſciui. Cõ. Nec mirũ quia tuo cõſenſu. tuo ꝑmiſſu ſeruandã deo uirginitatẽ deuoui. Cõ. Memini. Cõ. Nullis eni ſuppliciis unq̃m potero cõpelli. quin inuiolatũ cuſtodiã ſacramentũ ꝓpoſiti Cõ. Cõuenit. Sed hinc coartor nimiũ. qa ſi (quod debet fieri paterno more)

te in propoſito ꝑmanſum ire conſenſero:haud leue damnũ paciar in publica
re.Si autẽ(quod abſit)renitor:æternis cruciandus pænis ſubiacebo.Con.Si
enĩ diuinũ deſperarẽ adeſſe auxiliũ:mihi q̃m maxime: mihi potiſſimũ eſſet
dolendũ.Con.Verũ.Con.Nũc autẽ nullus relinquit̃ locus meſticiæ: præſu
mẽti de domini pietate:Cõ.Quã benedicis mea Cõſtancia.Cõ.Si meũ dig
neris captare cõſiliũ premõſtrabo:qualiter utrũqꝫ euadere poſſis damnum.
Con.O utinã.Cõ.Simula prudẽter pacta expeditiõe:ipſius uotis ſatiſfactu
rũ eſſe.Et ut meũ cõcordari credat uelle:ſuade. quo ſuas interim filias Atti/
cam ac artemiã:uelut pro ſolidãdi pignore amoris:mecũ manſum ire. meoſ/
qꝫ primicerios Ioannẽ & paulũ ſecũ faciat iter arreptũ ire.Con.Et quid:ſi uĩ
ctor reuertet̃:mihi erit agendũ?Con.Reor omĩpatrẽ prius eſſe inuocandum
quo ab huiuſmodi intentiõe gallicani reuocaret animũ.Cõ.O filia filia.quã
tum dulcedinæ tuæ allocutionis:amaritudinẽ dulcoraſti mœſti patris. adeo
ut pro hac re nulla poſt hac mouear ſollicitudine.Con.Nõ eſt neceſſe.Con.
Eam.& gallicanũ læta promiſſiõe circũueniã.Con. Vade in pace mi domĩe
Gal.Curioſitate frãgar o principes:anteq̃m quid mis ſenior auguſtus.tã diu
cũ herili filia agat:experiar.Prin. Suadet illi uelle que deſideras.Gal.O utĩ
nam preualeret ſuaſio Pau.Forſitan preualebit.Gal.Silete.Quieſcite.augu
ſtus reuertit̃:nõ ut abiit obſcuro:ſed uultu admodũ ſereno.Prĩ. Bona fortu/
na.Gal.Si enĩ:ut dicit̃.ſpeculũ mentis eſt facies.ſerenitas faciei:manſuetu/
dinẽ forte deſignat eius animi.Prĩ. Ita.Conſtã.Gallicane.Gal.Quid dixit?
Prĩ. Procede:procede.uocat te.Galli. Dii propicii fauete.Cõ.Perge ſecurus
gallicane ad bellũ.reuerſurus enĩ accipies quod deſideras præmiũ.Gal. Il/
ludis ne me?Con.Si illudo.Galli.Me fœlicẽ:ſi unũ ſcirẽ.Con.Quid unum?
Gal.Eius reſpõſum.Cõ.Filiæ? Gal.Ipſius. Gal. Iniuſta ſatis ratio in hac re
uerecundæ uirginis reſpõſum querere.Conſequẽtia autẽ rerũ mõſtrabit eius
aſſenſum.Galli.Si hũc ſcirem:reſponſum floccifacerẽ.Con.Licet experiare.
Gal.Exopto.Cõ.Sui primicerios Ioannẽ & paulũ tecum cõmoratũ iri decre
uit.uſqꝫ in diem nupciarũ.Gal.Quã ob cauſam?Cõ. Quo illorũ ex cõfabu/
latiõe ipſius uitã:mores:cõſuetudinẽ poſſis prenoſcere.Gal.Bonũ cõſilium.
mihiqꝫ q̃mmaxime placitũ.Con.Scilic& tui filias ſecũ uerſa uice deſiderat in
terim mãſum ire.quatinus illarũ per ſodalitatẽ tibi fiat morigera. Gal. Euax
euax.omĩa meis reſpõdẽt uotis: Con. Fac ut adducãt̃ cicius.Gal.Statis mi/
lites?currite:abite.adducite filias ad obſequiũ ſuæ dominæ. Mi.Aſſunt illu
ſtres gallicani natæ.tuæ familiaritati hera Cõſtãcia: ꝓ ſui pulcritudinis. ſa/
piẽciæ.& ꝓbita s ꝑſpicuitate.ſatis apte.Cõ.Placet.Introducant̃ honorifice
Amator uirginitatis:& ĩſpirator caſtitatis chriſte: q me precibꝰ martiris tuæ
Agnetis:a lepra ꝑiter corꝑis:& ab errore eripiẽs gẽtilitatis: inuitaſti ad uir/
gineũ tui genitricis thalamũ. in quo tu manifeſtus es uerus deus retro exor/
diũ natus a deo patre.idemqꝫ uerus homo ex matre natus in tp̃e.Te uerã &
coeternã pr̃i ſapiẽciã:ꝑ quã facta ſunt oĩa:& cuius diſpoſitiõe cõſiſtũt & mo
derant̃ uniuerſa. ſuppliciter exoro:ut gallicanũ:q tui in me amorẽ ſurripiẽ/
do conat̃ extinguere:poſt te trahẽdo:ab ĩiuſta intẽtiõe reuocare.ſuiqꝫ filias
digneriſ tibi aſſignare ſpõſas & ĩſtilla cogitatõibꝰ earũ tui amoris dulcedinẽ

quatinus execrãtes carnale cõſorciũ:ꝑuenire mereant̃ ad ſacrarũ ſocietatem
uirginũ. Art:Aue cõſtancia:imꝑialis hera.Cõ.Saluete ſorores Attica & ar/
temia.ſtate.ſtate:ne ꝑcidatis.ſed libate mihi oſculũ amoris.Ar.Tuũ ad ob
ſequiũ domna alacri mẽte uenimus.tuæ ditiõi ſũma deuotiõe nos ſubicim9.
tantũ ut tua nobis abundet gr̃a.Cõ.Vnũ dominũ habemus in cœlis.cui de
bet̃ deuotio nr̃æ ſeruitutis.In cuius fide & dilectiõe cõdecet nos ſeruata cor
poris integritate unanimiter ꝑſeuerare.ut mereamur aulã cœleſtis patrie:cũ
palma uirginitatis introire.Ar.In nullo reluctamur.ſed teſtes in oĩbus pre/
ceptis parere nitimur.precipue in agnitiõe ueritatis & ſeruãde ꝓpoſito uir/
ginitatis.Cõ.Cõgrua ſatis reſpõſio.ur̃aq; ingenuitate cõdigna. nec dubito:
quin diuinæ inſpiratiõe gratiæ ad credẽdũ eſtis ꝓuente.Ar.Qui poſſet fieri
ut ſeruiẽtes ydolis ſanũ ſaperemus ſine illuſtratiõe ſupne pietatis.Con. Sta
bilitas ur̃æ fidei:ſpem mihi excitat de credulitate gallicani.Ar. Admoneat̃
tãtũ.haud dubiũ qn credat.Cõ.Aduocent̃ Ioãnes & pau. Io.Preſto ſumus
hera quos uocaſti.Cõ.Ite citi ad gallicanũ. & inherẽtes eius lateri: ſuadete
illi paulatim myſteriũ nr̃æ fidei:ſi forſan illũ deus dignet̃ ꝑ uos lucrari.Pau
Deus det ꝓuentũ.nos adhibemus frequẽtationẽ hortamentorũ.Gal. Opor
tune aduenitis Ioannes & paule.ſuſpẽſis diu animis:ueſtrũ preſtolabar ad/
uẽtũ.Io.Vt uocẽ iubẽtis domiæ hauſimus:tibi ad obſequẽdu cõuolauimus
Gal.Multomagis ur̃o.q̃m aliorũ delector obſequio.Pau.Nõ immerito. Nã
uulgo dicit̃ qui dilectis obſequit̃ & ipſe ſit dilectus Gal. Verũ.Io.Dilectio
mittẽtis here recõciliat̃ nos familiaritati tuæ.Gal. Nõ nego.cõuenite:cõgre
gamini tribuni:& cẽturiones.oẽſq; mei iuris milites. aſſunt Ioannes & pau.
quorũ detinebar abſencia ne pergerẽ.Tri.Precede:collectim comitant̃.Gal
Capitoliũ & tẽpla primũ nobis intrãda.numinaq; deorũ placanda ſunt ritu
ſacrificiorũ. quo proſperent̃ exitũ pugne.Trib.Neceſſe. Io. Subtrahamus
nos interim.Pau.Decet.Io.En dux egredit̃.aſcẽdamus equos.offeram9 nos
obuiã.Pau.Ac cito.Gal.Vnde uenitis?ubi fuiſtis?Io. Strauimus ſarcinulas
premiſimus.quo expediti tuũ iter poſſimus comitari.Gal.Placet. O tribuni
(proch iupiter)aſpicio innũerabilis exercitus legiones:uariis armorũ inſtru
mẽtis horribiles.Tri.Hercle hoſtes.Gal.Reſiſtamus fortiter. & congredia/
mur uiriliter. Tri.Si eſt utilis nr̃i cõgreſſio cũ tantis?Gal.Et quid mauultis?
Tri.Submittere colla.Gal.Nolit hoc appollo.Tri.Edepol faciendũ.en un/
diq; ſecus circũdamur.uulneramur.ꝑimimur.Gal. Eh heu q̃d erit?cũ tribu/
ni me ſpernũt.ſe tradũt.Ioan.Fac uotũ deo celi:te chriſtianũ fieri. & uinces.
Ga.Voueo.& ope implebo.Hoſtes Heus rex bradan:ſperãde fortũa uicto
riæ:illudit nos.en dextre langueſcẽt.uires fatiſcẽt. ſed & incõſtãcia pectoris
cogit nos diſcedere ab armis.Bra.Quid dicã ignoro. ipſa quã toleratis? me
urget paſſio.reſtat ut nos duci tradamus.Ho.Alias nõ euadem9.Bra. Dux
gallicane:noli in noſtrã perniciem ſeuire.ſed parce.& utere ut libet nr̃a ſerui
tute.Gal.Ne trepidetis.ne formidetis..ſed datis obſidibus facite uos tribu
tarios imperatoris.& uiuite beate ſub romana pace. Bra. Tuo arbitrio pen
det quot qualeſq; accipe.quãtũq; põdus ſoluẽdi cẽſus nobis uelis imponere
Galli.Soluite procinctũ mei milites.nemo ledat̃.nemo perimat̃.amplecta

mur fœderatos:quos publicos inſectabamur inimicos. Io. Quãto magis ua
let intẽta precatio:q̃m humana preſumptio. Gal. Verũ. Pau. Quã efficax his
aderit ſupna miſeratio:quos deo cõmẽdat humilis deuotio. Gal. Perſpicuũ.
Io. Sed quod uouet in perturbatiõe:ſoluẽdũ eſt in trãquillitate. Gal. Aſſen
tio. unde quãtocius baptiſari geſtio. ac reliquũ uitæ in dei obſequio uaca/
re. Pau. Iuſtũ. Gal. Ecce ĩ introitu noſtro proruũt rhomani urbicole:inſignia
laudũ ferẽtes ex more. Io. Cõſequẽs eſt. Ga. Sed nec noſtræ:nec deorũ forti
tudini:titulus debet triũphi. Pau. Nullo modo:ſed uero deo. Gal. Vnde tẽ
pla arbitror ttanſeũda. Io. Recte arbitraris. Gal. Et limia apoſtolorũ ſuppli
ci cõfeſſione eſſe intrãda. Pau. O te tali opinione fœlicẽ. nũc teſtaris te uerũ
chriſticolã. Con. Admiror o milites:cur Gallicanus tam diu ſe ſubtrahat no/
ſtris cõſpectibus. Mi. Vt urbẽ intrauit:greſſum ad domũ ſancti petri cõcite
tetẽdit. terratenuſq; ꝓſtratus:pro recepta uictoria:grates impẽdit altithrono
Cõ. Gallicanus? Mi. Ipſe. Cõ. Incredibile. Mi. En accedit. ipſum potes ſciſci/
tari. Con. Diu te gallicane ſuſtinui. ut modũ. exitũq;:experirer prælii. Galli.
Dicam digeſtim. Con. Hoc interim paruipendo:quo ediſſeras quod magis
exopto. Gal. Quid eſt? Con. Cur iturus deorũ tẽpla:& reuertẽs intrares apo/
ſtolorũ tecta? Gal. Rogas? Con. Curioſe. Gal. Expono. Con. Exopto. Galli.
Fateor ſacratiſſime impator:iturus ut obieciſti ſacella ĩtraui. meq; demoniis
& diis ſupplex cõmiſi. Con. Hoc rhomanis antiqtus fuit in more. Gal. Mala
cõſuetudo. Con. Peſſima. Gal. Quo pacto tribuni cũ ſuis legiõibus aduene/
re. meq; euntẽ undiq; ſecus ſepſere. Con. Pompoſo admodũ apparatu egre/
diebaris. Gal. Promouimus. hoſtes impegimus. cõmiſimus. uicti ſumus. Cõ
Rhomani uicti? Gal. Penitus. Con. O res dira. omibuſq; ſeclis inaudita. Gal
Ego quidẽ nefanda ſacrificia iteraui. nec aderãt qui adiuuarẽt dii: ſed inuale
ſcente cõgreſſione:plurimi ex noſtris interiere. Con. Cõfundor audiẽdo. Gal
Tandẽ tribuni me ſpreuerũt. ſe tradiderũt. Con. Hoſtibus? Gal. Ipſis. Con.
Ah:quid feciſti? Gal. Quid poſſem facere. niſi fugam captare. Con. Nõ? Gal
Etiam: Cõ. Quãtis tũc anguſtiis urgebat cõſtancia tui pectoris? Gal. Max/
imis. Cõ. Et quomõ euaſiſti? Gal. Mis familiares ſocii:Ioãnes & paulus ſua/
ſerũt mihi uotũ feciſſe creatori. Con. Salubre. Gal. Experiebar. ut os ad uo/
uendũ aperui cœleſte iuuamẽ ſenſi. Cõ. Quo pacto? Ga. Apparuit mihi iuue
nis ꝑcere magnitudinis:crucẽ ferẽs ĩ humeris. & precepit ut ſtricto mucrone
illũ ſequerer. Cõ. Quiſqs ille erat cælitus miſſus fuerat. Gal. Cõprobaui. nec
mora. Aſtiterũt mihi a dextra:leuaq; milites armati: quorũ uultũ mĩme ag/
noui. ꝓmittẽtes auxliũ ſui. Cõ. Celeſtis milicia. Gal. Nõ ambigo. At ubi ſe/
quẽs precedentẽ ſecurus:inter medias hoſtiũ ingrederer acies:ꝑueni ad regẽ
eorũ noĩe Brandan: q mox incredibili metu correptus:pedibuſq; meis ꝓuo/
lutus:ſe cũ ſuis ſubdidit. ꝓfeſſus cẽſum principi rhomani orbis finetenus ſol
uendũ. Cõ. Grates ꝓſperitatis auctori. q in ſe ſperãtes nõ patit cõfundi. Gal
Experimẽto didici. C. Vellẽ experiri:qd deinde ꝓfugi actitarẽt tribuni. Gal.
Maturabant recõciliari. Cõ. Recepiſtin gratis? Gal. Ego illos gratis? q me pi
culis:q ſe inimicis. haud ita. Cõ. Et q? Gal. Propoſui ꝓ merẽde gr̃e preciũ. Cõ
Quale? Gal. Videlicet ſectã chriſticolarũ quã q elegerit:grãm ſuſcipet priorẽ

honoreq; ampliorẽ:qui uero ſpreuerit:gratia ſimul priuaret̃.& milicia. Cõ.
Recta ꝓpoſitio. tuaq; auctoritate cõdigna.Gal.Ego quidẽ baptiſmate im/
butus:totũ me deo ſubiugaui.intantũ:ut tuæ quã pre om̃ibus dilexi: abre/
nunciarẽ filiæ.quo abſtinẽs coniugii:placerẽ uirgis proli.Con.Accede pro/
pius.ut irruã in tuos amplexus. nunc quidẽ nunc cogor tibi detegere:quod
ad tempus ſtudebã uelare.Gal.Quid:Con.Id uidelic&.ꝙ mea:tuæq; natæ
eidẽ quã ælegiſti:ſtudẽt religioni. Gal. Gaudeo.Con.Tantoq; ſeruãdæ uir
ginitatis flagrãt amore:ut nec minis nec blandimẽtis reuocari poſſunt ab in
tentiõe.Gal.Perſeuerẽt exopto.Cõ.Introeamus in palaciũ: ubi ipſæ cõmo/
rant̃.Gal.Precede.ſequar.Con.Ecce occurrũt cũ auguſta hælena mei geni/
trice glorioſa:oĩbuſq; lacrimæ fluũt pre gaudio. Gal. Viuite fœliciter o ſc̃tẽ
uirgines:perſeuerantes in dei timore.decuſq; uirginitatis inuiolatũ ſeruate.
quo digne ĩueniamini amplexibus regis æterni.Cõ.Eo liberius ſeruabimus
quo te nõ contra luctari ſentimus.Gal.Nõ contra luctor.nõ renitor.nõ ꝓhi/
beo ſed ueſtris in hoc uotis libens cõcedo.intantũ: ut nec te o mea Cõſtãcia
q̃m haud ſegniter emi:uite precio.aliud q̃m cæpiſti uelle cogor.Cõ.Hæc mu
tatio dextre excelſi.Gal.Si in melius mutatus nõ eſſem:tue ꝓmiſſioni aſſen
ſum nõ preberẽ.Con.Amicus pudiciciæ uirginalis.& fautor totius bonæ uo
lũtatis:qui te ab iniuſta intentiõe reuocauit:meãq; uirginitatẽ ſibi ſignauit:
dignet̃ nos ꝑ corporali diſcidio:quãdoq; aſſociatũ ire ĩ eterno gaudio. Gal
Fiat:fiat.Cõſtan.Cum uinculũ chriſti amoris:In unius nos ſocietate cõiun/
gat religionis.Decet ut quaſi gener auguſtorũ:honorifice nobiſcum habites
intra pallaciũ.Gal.Nulla magis eſt uitãda tentatio:q̃m oculorũ cõcupiſcen/
cia.Cõ.Refragari nequeo.Gal.Vnde nõ expedit.me frequẽtius uirginẽ in/
tueri.q̃m pre parẽtibus:pre uita:pre anima:a me ſcis amari.Con. Vt libet.
Cal.Ecce habes quadruplicatũ exercitũ (chriſto fauẽte:& me laborãte) pa
tere me nũc militẽ imperatori:cuius iuuamĩe uici:& cui debeo quicqd fœlici
ter uixi.Con.Ipſum decet laus & iubilatio. ipſi debet famulari om̃is creatu
ra.Gal.Sed illi potiſſimũ. quis in neceſſitate largius preſtat auxiliũ. Con.
Vt aſſeris.Gal.Partẽ poſſeſſionis quæ ad filias ꝑtinet:excipio.partemq; ad
ſuſceptionẽ peregrinorũ mihi reſeruo.de reliquo ꝓprios ſeruos libertate do/
natos:ditari:pauperũq; neceſſitates uolo ſuſtẽtari.Con.Prudẽter poſſeſſa di
ſponis.nec expers fies eterne retributiõis.Gal. Meipſum etiam ſancto uiro
Hilariano in urbe oſtendi.indiuiduũ ſodalẽ ardeo aſſociatũ iri. quo ibidem
reliquũ uitæ in dei laude:pauperũq; uacem ſuſceptione.Con. Simplex eſſe
cui ſemꝑ eſt poſſe:ſinat tui eſſe ꝓſperis ſucceſſiõibus iuxta ſui uelle uigere:
& ꝑducat te ad gaudia æternitatis.qui regnat.& gloriat̃ in unitate trinitatis
Galli. Amen.

Iulianus Imperator Cõſules:Milites: Theren/
cianus:Ioannes.Chriſticolæ.Actus Secundus.

In incõmodũ ſatis probat̃ nr̃o imperio:ꝙ chriſtiani libero utunt̃ arbitrio
& iactant ſe leges debere ſequi:quas accipiebãt tꝑibus cõſtantini.Cõſules.
Turpe ſi pateris.Iuli.Non paciar.Con. Decet.Iuli. O milites accingimini.

& nudate chriſticolas poſſeſſiōibus ꝓpriis obiciēdo ſentēciā chriſti dicentis
Q ui nō renūciauerit oībus que poſſidet.n.p.t.m.u.e.s.p.t. Mili. In nobis
nō erit mora.Cō.En milites reuertunt̃.Iu.Secūdus ne eſt ueſter reditus?Mi.
Secūdus.Iu.Et cur tam citus?Mi.Dicemus.Caſtella quæ gallicanus ſibi re/
tinuit decreuimus intraſſe:tuæq; ſeruituti uſurpaſſe.ſed ſi quis ex noſtris pe/
dem admouit:leproſus ſeu energuminus eſt factus:Iu.Reuertimini ipſum/
q; cōpellite:uel patriā deſerere:uel ydolis ſacrificare.Galli.Ne fatigemini o
milites inutilia ſuadēdo.quia in eſtimatōe eternæ uitæ floccifacio quicqd ha
bet̃ ſub ſole.unde patriā deſero.& exul ꝓ chriſto allexandriā peto.optās ibi
dem coronari martyrio.Mi.Gallicanus ut iuſſiſti patria expulſus alexādriā
peciit:ibiq; a raucione comite tētus:gladio eſt peremptus.Iu. O benefactum.
Mi. Sed ioannes & paulus te faſtidiūt.Iu.Q uid agūt?Mi.Libere uagātur
theſauros cōſtanciæ erogāt. Iu.Aduocent̃:Mi.Aſſunt.Iu.Nō neſcio uos Io
annes & paule a cunabulis auguſtorū mācipatos fuiſſe obſequio Io Fuimus.
Iu.Vnde decet:ut meo inherētes lateri:ſeruiatis ī pallatio: ī quo nutriti eſtis
a puero?Pau.Haud ſeruiemus.In.Mihi nō ſeruietis?Io.Diximus.Iu. Nū/
non uidemur auguſtus?Pau.Sed diſſimilis prioribus.Iu.In quo?Io.Religio
ne & merito.Iu.Vellē plenius audire.Pau.Volumus dicere.Glorioſiſſimi &
famoſiſſimi īpatores Cōſtantinus:Cōſtans:& cōſtancius:quorū famulaba
mur imperio:fuere uiri chriſtianiſſimi:& gloriabant̃ ſe ſeruos eſſe chriſti.Iu.
Memini.ſed nō opto in hoc eos ſequi.Pau.Deteriora imitaris . qui eccleſias
frequētabāt.& excuſſo dyademate:proſtrati ieſum chriſtū adorabāt.Iu.Ad
hec me nō cogitis.Io.Ideo illis es diſſimilis.Pau.Nam quia adolebant̃ cre/
atori:auguſtalis apicē dignitatis ornabāt.& beatificabāt inſignibus ſuæ ꝓ/
bitatis.& ſanctitatis.proſperiſq; ad uota ſucceſſiōibns pollebāt.Iuli. Certe
ego.Io.Nō ſimili modo.quia eos diuina comitabat̃ gratia.Iu.Friuola. Ego
quondā ſtultus talia exercui.& clericatū in eccleſia obtinui.Io.Placet ne tibi
o paule clericus?Pau.Dyaboli capellanus.Iu.At ubi nihil utilitatis ieſſe de
prehēdi:ad culturā deorū me deflexi. quorū pietas me prouexit ad faſtigiū
regni.Io.Abrupiſti noſtri orationē:ne audires iuſtorū laudem.Iu.Q uid ad
me?Pau.Nihil.ſed ſubiungēdū eſt ꝙ ad te. Poſtq̄m enim mūdus eis nō erat
dignus habendis:ſuſcepti ſunt inter angelos. tibiq; infœlix reſpublica relin
quebat̃ regēda.Iuli.Cur infœlix?iuxta id tēporis.Io . Ex qualitate rectoris.
Pau.Reliquiſti omnē religionē.& imitatus es ydolatrie ſuperſtitionē. ꝓ hac
iniquitate.& a tuis cōſpectibus.& a tuorū ſocietate nos ſubtraximus.Iu. Li
cet ſatis multū a uobis dehoneſtatus ſim.adhuc tamē parcēs audaciæ:cupio
uos inter primos ī pallatio extollere.Io.Ne fatiga te.quia nec minis nec blā
dimētis cogimur cedere.Iu. Decē dierū dabo inducias:quo tādē reſipiſcētes
ultro maturetis recōciliari gratiæ noſtræ dignitatis:ſin autē.quod faciendum
eſt faciam.ne ultro uobis ludibrio fiam.Pau.Q uod facturus eris:hodie per
fice.quia nec ad tui ſalutationem : nec ad palatiū: nec ad culturam deorum:
nos poteris reuocare Iulia.Abite.diſcedite.que monui perpetrate.Ioanues.
Acceptas nō floccifaciamus inducias : ſed factates cœlo premittamus noſ/
q; ieiuniis & obſecratōibus deo interim cōmēdemus.P.Cōſequēs ē:Iu. Va/

de Terēciane ſumptis tecū militibus cōpelle Ioānē & paulū deo ioui ſacrifi/ care. ſi autē obſtinato reſtiterint pectore: perimant non palam: ſed nimium occulte: quia palatini fuere. Te. Impator iulianus cui ſeruio miſit uobis Io/ annes & paule pro ſui clemēcia aureum ſimulacrū iouis cui thura gratis im/ ponere debetis. quod ſi nolueritis capitalē ſentēciā ſubibitis. Io Si iulianus ſit tuus dominus habeto pacē cū illo: & utere eius gratia: nobis nō eſt alius niſi dominus noſter ieſus chriſtus. pro cuius amore deſideramus mori. quo mereamur eternis gaudiis pfrui. Te. Quid tardatis milites? ſtringite ferrū & interficite impatoris deorūq; rebelles. interfectos clam in domo ſepelite. nullūq; ſanguinis ueſtigiū relinquite. Mi. Et quid dicemus rogati? Te. Simu late quaſi exilio ſint deſtinati. Io. pau. Te chriſte cū patre & ſanctoſpiritu re gnantē unū deum ſub hoc periculo inuocamus. te moriēdo laudamus. tu ſu ſcipe animas pro te de lutea habitatiōe eliminatas. Te. Eh heu o chriſticole quid patit̄ unicus filius meus? Criſt. Stridet dētibus. ſputa iacit. torquet inſa na lumina. nam plenus eſt demoniis. Te. Ve patri. ubi agitat̄? Chriſt. Ante ſepulcrū martyrū Ioannis & pauli humi prouoluit̄: ſeq; ipſorū precibus tor queri fatet̄. Te. Mea culpa. meū facinus. nā meo hortatu: meo iuſſu ipſe in/ fœlix impias manus in ſanctos martyres miſit. Chrif. Si te hortāte deliquit te cōpaciēte penas luit. Te. Ego quidē parui iuſſis impiiſſimi impatoris Iu/ liani. Chriſt. Ideo nanq; ipſe diuina pcuſſus eſt ultione. Te. Scio eoq; ma/ gis expaueo: quo nullū hoſtem dei ſeruorū impunitum euaſiſſe meminero. Chriſt. Recte. Te. Quid ſi currā? & penitēs ſceleris ſacris ꝓuoluar tumulis Chriſt. Veniā mereberis ſi tamē baptiſmate mūdaberis. Te. Glorioſi teſtes chriſti. Ioānes & paule imitamini exēplū mgři eadē iubentis: & orate ꝓ per/ ſecutorū delictis. Eſte compacientes orbati patris anguſtiis: & miſereamini furientis nati miſeriis. quo ambo tincti fonte baptiſmatis: perſeueremus in fi de ſancte trinitatis. Chriſt. Parce terēciane lachrimis. & parce anxietati cor/ dis. en filius tuus reſipiſcit. & per martyrū ſuffragia ſanum recepit: Te. Gra/ tias regi æternitatis: qui ſuis militibus tantū preſtitit honoris: ut nō ſolū anie gaudent in cœlo: ſed etiā mortua in tumulis oſſa uariis fulgent miraculorum titulis: in teſtimoniū ſui ſanctitatis. preſtante domino noſtro ieſu chriſto qui uiuit & regnat.


COMEDIA SECVNDA DVLCICIVS

COMEDIA SECVNDA.

ARGVMENTVM IN DVLCICIVM.

Aſſio ſanctarū uirginū Agapis. Chionie: & Hyrene. q̄s ſub nocturno ſilentio Dulcicius preſes clam adiit: cupiens earū amplexibus ſaturari. ſed mox ut intrauit: mēte captus: ollas & ſartagines ꝓ uirginibus amplectē do oſculabat᷑: donec facies & ueſtes horribili nigredine inficiebant᷑. Deinde Siſinnio comiti iuſſu per puniēdas uirgines ceſſit. qui etiā miris modis illuſus: tandē Agapen & Chioniā cōcremari: & Hyrenē iuſſit perfodi.

Dyoclecianus Agapes Chionia Hyrena Dulcicius Milites: Interlocutores. DVLCICIVS.

Arentelæ claritas: ingenuitas. ueſtrūq; ſerenitas pulcritudinis exigit uos: nupciali lege primis ī palacio copulari. quod noſtri iuſſio annuerit fieri: ſi chriſtū negare. noſtriſq; diis ſacrificia uelitis ferre. Aga. Eſto ſecurus curarum. nec te grauet noſtrarū preparatio nupciarū. quia nec ad negationē cōfitendi noīs: nec ad corruptionē integritatis: ullis rebus cōpelli poterimus. Dyo. Quid ſibi uult iſta: que uos agitat fatuitas? Aga. Quod ſignū fatuitatis nobis ineſſe deprehēdis? Dyo. Euidēs. magnūq;. Aga. In quo. Dyo. In hoc precipue. ꝙ relicta uetuſtæ obſeruācia religionis: inutilē chriſtianæ nouitatē ſeq mini ſupſtitionis. Aga. Temere calūniaris ſtatum dei omīpotētis. periculū. Dyo. Cuius? Aga. Tui. reiq; publice quā gubernas. Dyo. Iſta inſanit. amoueatur. Chi. Mea germana nō inſanit: ſed tui ſtulticiā iuſte reprehēdit. Dyocl. Iſta inclemēcius bachat᷑. unde noſtris cōſpectibus æque ſubtrahat᷑ & tercia diſcuciat᷑. Hyre. Terciā rebellē: tibiq; penitus cōprobabis renitentē. Dyocle Hyrena cū ſis minor ætate: fito maior dignitate. Hyr. Oſtēde queſo quo pacto. Dyo. Flecte ceruicē diis. & eſto ſororibus exemplū correctiōis. & cauſa liberatiōis. Hyr. Cōquiniſcāt ydolis: qui uelint incurrere iram celſi tonantis ego quidē: caput regali unguēto delibutū: nō dehoneſtabo. pedibus ſimulacrorū ſubmittēdo. Dyo. Cultura deorū nō adducit dehoneſtatem. ſed precipuū honorem. Hyr. Et que inhoneſtas turpior? que turpitudo maior: q̄m ſer uos uenerari ut dominos: Dyo. Nō ſuadeo tibi uenerari ſeruos: ſed domiorum. principūq; deos. Hyr. Nōne is eſt cuiuſuis ſeruus: qui ab artifice precio cōparat᷑. ut empticius? Dyo. Huius preſumptio uerboſitatis: tollēda eſt ſuppliciis. Hyr. Hoc optamus. hoc amplectimur. ut ꝓ chriſti amore ſuppliciis laceremur. Dyo. Iſtæ cōtumaces: noſtriſq; decretis cōtraluctantes: cathenis inrecient᷑. & ad examē dulcicii preſulis ſub carcerali ſqualore ſeruentur Dul. Producite milites: ꝓducite quas tenetis in carcere. Mili. Ecce quas uocaſti. Dul. Pape q̄m pulcræ. q̄m uenuſtæ. quā ægregie puellulæ. Mi. Profecto decoræ. Dul. Captus ſum illarū ſpeciæ. Mi. Credibile. Dul. Exeſtuo illas ad mei amorē trahere. Mi. Diffidimus te preualere. Dul. Quare? Mi. quia ſtabiles fide. Dul. Quid ſi ſuadeā blandimētis? M. Contēpnunt. Dul. Quid ſi terreā ſuppliciis? Mi. Paruipendūt. Dul. Et quid fiet? Mi. Precogita. Dulci. Ponite illas in cuſtodiam: in interiorē officinæ ædem. In cuius pro aulio mi/

niſtrorũ ſeruant᷑ uaſa. Mi. Vt quid eo loci? Dulc. Quo a me ſepiuſcule poſ/
ſint uideri. Mi. Vt iubes. Du. Quid agũt captiue: ſub hoc noctis tẽpore? Mi
Vacãt hymnis. Du. Accedamus ꝓpius. Mi. Tinnulæ ſonitũ uocis a lõge au
dimus. Dulci. Obſeruate pro foribus cum lucernis. ego autẽ intrabo. & uel
optatis amplexibus me ſaturabo. Mi. Intra. preſtolabimur. Aga. Quid ſtre
pit pre foribus. Hyr. Infœlix dulcicius ingredit᷑. Chy. Deus nos tueat᷑. Ag.
Amẽ. Chy. Quid ſibi uult colliſio ollarum: caccaborũ: & ſartaginũ? Hyr. Lu
ſtrabo. Accedite queſo. ꝑ rimulas ꝑſpicite. Aga. Quid eſt? Hyr. Ecce iſte ſtul
tus: mẽte alienatus: eſtimat ſe uti noſtris amplexibus. Aga. Quid facit? Hyr
Nũc ollas molli fouet gremio. nũc ſartagines. & caccabos amplectit᷑? micia
libans oſcula. Chy. Ridiculũ. Hyr. Nã facies manus; ac ueſtimẽta adeo ſor/
dida: adeo coinqnata: ut nigredo que inheſit ſimilitudinẽ ethiopis exprimat
Aga. Decet ut talis appareat corpore: qualis a dyabolo poſſidet᷑ in mente.
Hyr. En parat egredi. intẽdamus quid illo egrediẽte agant milites pro fori
bus expectãtes. Mi. Quis hic egredit᷑ demoniacus uel magis ipſe dyabo/
lus? fugiamus. Dul. Milites: quo fugitis? ſtate. expectate: ducite me cũ lucer/
nis ad cubile. Mi. Vox ſenioris noſtri. ſed ymago dyaboli. nõ ſubſiſtamus.
ſed fugã maturemus. fantaſima uult nos peſſundare. Dul. Ad palaciũ ibo. &
quã abiectionẽ pacior principibus uulgabo. Dul. Hoſtiarii introducite me
in palaciũ. quia ad imperatorẽ habeo ſecretũ. Hoſti. Quid hoc uile? ac dete
ſtabile monſtrũ? ſciſſiſqꝫ nigellis pãniculis obſitũ. pugnis tundamus. de gra
du precipitemus. nec ultra huc detur liber acceſſus. Dul. Ve ue. quid conti/
git? nõne ſplẽdidiſſimis ueſtibus indutus: totoqꝫ corpore uideor nitidus. &
quicũqꝫ me aſpicit uelut horribile mõſtrũ faſtidit. Ad cõiugem reuertar. quo
ab illa quid erga me actũ ſit experiar. En ſolutis crinibus egredit᷑. oiſqꝫ do/
mus lacrimis proſequit᷑. Cõiunx. Hey heu mi ſenior dulciti? quid pateris? nõ
es ſane mẽtis? factus es in deriſum chriſticolis. Dulci. Nunc tandẽ ſencio me
illuſum: illarũ maleficiis. Cõ. Hoc me uehemẽter cõfudit. hoc precipue cõtri/
ſtauit. ꝙ quid paciebaris ignoraſti. Dul. Mando ut laſciuæ preſentent᷑ pu/
elle. & abſtractis ueſtibus publice denudent᷑. quo uerſa uice qd nr̃a poſſint
ludibria: experiant᷑. Mi. Fruſtra ſudamus. inuanũ laboramus. ecce ueſtimẽ/
ta uirgineis corporibus inherẽt: uelut coria. ſed & ipſe qui nos ad expoliãdũ
urgebat preſes: ſtertit ſedẽdo. nec ullatenꝰ excitari poteſt a ſomno. Ad impe
ratorẽ adeamꝰ. ipſiqꝫ rerũ quæ gerunt᷑ ꝓpalemus. Dyo. Doleo nimiũ: quod
preſidem dulciciũ audio adeo illuſum. adeo exprobratũ. adeo calumniatũ
ſed ne uiles mulierculæ iactent ſe impune noſtris diis: deorũqꝫ cultoribus il/
ludere: Siſinniũ Comitẽ dirigã: ad ultionẽ exercendã. Siſi. O milites ubi ſũt
laſciuæ: que torqueri debẽt: puelle. Mi. Affligunt᷑ in carcere. Si. Hyrenã re/
ſeruate. & reliquas ꝓducite. Ni. Cur unã excipis? Ri. Parcens infanciæ. forte
facilius cõuertet᷑: ſi ſororum preſencia nõ terrebit᷑. Mi. Ita. præſto ſunt quas
iuſſiſti Siſin. Prebete aſſenſũ agapes & chionia meis cõſiliis. Ag. Si prebebi
mus? Siſin. Ferte libamina diis. Hyr. Vero & æterno patri: eiuſqꝫ coeterno fi
lio: ſanctoqꝫ amborũ paraclito: ſacrificiũ laudis ſine intermiſſione libamus.
Siſin. Hoc uobis nõ ſuadeo: ſed pænis prohibeo. Aga. Non prohibebis. nec

unquã ſacrificabimus demoniis: Siſ. Deponite duriciã cordis. & ſacrificate:
ſin autẽ. faciã uos interfectũ iri. iuxta preceptũ impatoris Dyocleciani. Chi.
Decet ut in noſtri necem: obtemperes iuſſis tui imperatoris. cuius nos decre
ta contẽnere noſcis. ſi autẽ parcẽdo morem feceris: æquũ eſt: ut tu interficia/
ris. Siſ. Nõ tardetis milites: nõ tardetis capere blaſphemas has. & in ignem
proicite uiuas. Mili. Inſtemus cõſtruendis rogis. & tradamus illas bachanti
bus flãmis. quo finẽ demus cõuiciis. Ag. Nõ tibi domine: nõ tibi hæc potẽ
cia inſolita: ut ignis uim uirtutis ſuæ obliuiſcat̃: tibi obtẽperando. ſed tedet
nos morarũ. ideo rogamus ſolui retinacula aĩarũ. quo extinctis corporibus
tecum plaudẽt in æthere noſtri ſpiritus. Mili. O nouũ: o ſtupendũ miraculũ
ecce animæ ægreſſæ ſunt corpora & nulla læſionis reperiunt̃ ueſtigia. ſed nec
capilli: nec ueſtimẽta: ab igne ſunt ambuſta quo minus corpora. Si. Profer/
te hyrenã. Mili. Etiam. Siſin. Pertimeſce hyrena necem ſororũ. & caue perire
exemplo earũ. Hyr. Opto exemplũ earũ moriendo ſequi: quo merear cũ his
æternaliter lætari. Siſi. Cede. cede meæ ſuaſioni. Hyr. Haud cedam facinus
ſuadenti. Siſin. Si nõ ceſſeris: nõ citum tibi preſtabo exitũ. ſed differã & no
ua indies ſupplicia multiplicabo. Hyr. Quãto acrius torqueor: tanto glorio
ſius exaltabor. Siſin. Supplicia nõ metuis: admouebo quod horreſces. Hyr.
Quicquid irrogabis aduerſi: euadam iuuamine chriſti Siſin Faciã te ad lu
panar duci. corpuſq; tuũ turpiter coinquinari. Hyr. Melius eſt ut corpus qui
buſcumq; iniuriis maculetur: q̃m anima ydolis polluat̃. Siſin. Si ſocia eris
meretricũ: nõ poteris polluta ultra intra contuberniũ cõputari uirginũ. Hyr.
Voluptas parit pænã. neceſſitas autem coronã. nec dicit̃ reatus: niſi quod cõ
ſentit animus: Siſin. Fruſtra parcebã. fruſtra miſerebar huius infanciæ. Mi.
Preſciuimus. nullatenus ad deorũ culturã poteſt flecti. nec terrore unq̃m po
teſt frangi. Siſin. Nõ ultra parcam. Mili. Rectum. Siſin. Capite illã ſine mi/
ſeratiõe: & trahẽtes cum crudelitate ducite ad lupanar ſine honore. Hyr. Nõ
perducẽt. Siſin. Quis prohibere poteſt? Hyr. Qui mundũ ſui prouidẽcia re
git. Siſ. Probabo. Hyr. Ac cicius libito. Si. Ne terreamini milites: fallacibus
huiꝰ blaſphemæ preſagiis. Mi. Nõ terremur. ſed tuis preceptis parere niti/
mur. Si. Qui ſunt hy q nos inuadũt? q̃m ſimiles ſunt militibus. quibus hyre
nam tradidimus. ipſi ſunt. Cur tã cito reuertimini? quo tẽditis tã anheli? Mi.
Teipſum querimus. Siſin. Vbi eſt quam traxiſtis? Mi. In ſupercilio montis.
Siſin: Cuius. Mili. Proximi. Siſin. O inſenſati & hebetes. totiuſq; ratiõis in/
capaces. Mili. Cur cauſaris? cur uoce & uultu nobis minaris? Siſ. Dii uos per
dant. Mil. Quid in te cõmiſimus? quã tibi iniuriã fecimus que tua iuſſa trãſ/
greſſi ſumus? Siſ. Nõne precepi? ut rebellem deorũ. ad turpitudinis locũ tra
heretis. Mili. Precepiſti. noſq; tuis preceptis operã dedimus implendis. ſed
ſupuenere duo ignoti iuuenes: aſſerentes ſe ad hoc ex te miſſos: ut hyrenam
ad cacumen mõtis perducerẽt. Siſin. Ignorabã. Mili. Agnoſcimus. Si. Qua/
les fuerũt. Mili. Amictu ſplendidi. uultu admodũ reuerẽdi? i Siſin. Num ſe/
quebamĩ illos. Mi. Sequebamur. Si. Quid fecerũt. Mi. A dextra leuaq; hy
rene ſe locauerũt. & nos huc direxerũt: quo te exitus rei nõ lateret. Siſi. Re/
ſtat ut aſcenſo equo pergã. & qui fuerint qui nos tam libere illuſerũt ꝑquirã.

Mili. Properemus pariter. Siſin. Hem. ignoro quid agam. peſſundatus ſum maleficiis chriſticolarũ. En montẽ circũeo. & ſemitã aliquotiens repperiens. nec aſcenſum cõprehẽdere: nec reditũ queo repetere. Mili. Miris modis omnes illudimur. nimiaq; laſſitudine fatigamur. & ſi inſanũ caput diucius uiuere ſuſtines: teipſum & nos perdes. Siſin. Quiſquis es meorũ ſtrennue: extende arcum. iace ſagittã. perfode hanc maleficã. Mili. Decet. Hyr. Infœlix erubeſce. teq; turpiter uictum ingemiſce. quia tenellæ infanciã uirgunculæ abſq; armorũ apparatu nequiuiſti ſuperare. Siſi. Quicquid dedecoris accidit leuius tolero. quia te moriturã haud dubito. Hyr. Hinc mihi q̃mmaxime gaudendũ. tibi uero dolẽdũ. quia pro tui ſeueritate malignitatis in tartara damnaberis: ego autem martyrii palmã: uirginitatiſq; receptura coronã. intrabo æthereũ æterni regis thalamũ. Cui eſt honor & gloria in ſecula.

Finis Dulcicii.

ARGVMENTVM IN CALLIMACHVM.

Reſuſcitatio Druſiane & Callimachi qui eam nõ ſolum uiuam ſed etiã pre triſticia atq; excecatiõe illiciti amoris: in domino mortuã: plus iuſto amauit: unde morſu ſerpentis male periit. Sed precibus ſancti Ioannis apoſtoli una cum druſiana reſuſcitatus in chriſto eſt renatus.

COMEDIA TERCIA CALLIMACHUS



Callimachus Amici Druſiana Andronichus
Sanctus Ioannes Fortunatus Interlocutores.

CALLIMACHVS.

Aucis uos amici uolo. Ami. Vtere quātū libet noſtro colloquio Cal. Si egre nō accipitis: malo uos interim ſequeſtrari. aliorum a colloquio. Ami. Quod tibi uidet᷑ comodū: nobis eſt ſequendum Cal. Accedamus in ſecreciora loca, ne aliquis ſupueniēs interrū/pat dicēda. Ami. Vt libet. Cal. Anxie diuq; graue ſuſtinui do/lorē quē veſtro cōſilio releuari poſſe ſpero. Ami. Equū eſt: vt cōmunicata in/uicem cōpaſſione: paciamur: quicquid vnicuiq; noſtrū vtriuſq; euentu fortu/næ ingerat᷑. Cal. O vtinā voluiſſetis meā paſſionē cōpaciendo mecū partiri. Ami. Enuclea quid paciaris. & ſi res exigit cōpaciemur. ſin autē animū tuū a nequā intentōe reuocare nitemur. Cal. Amo. Ami. Quid? Cal. Rem pulcrā rem venuſtā. Ami. Nec in ſolo. nec in omni. ideo atomū: quod amas: per hoc nequimus intelligere. Cal. Mulierē. Ami. Cum mulierē dixeris: omēs cōpre/hendis. Cal. Nō omēs æqualiter ſed vnā ſpecialiter. Am. Quod de ſubiecto dicit᷑: non niſi de ſubiecto aliquo cognoſcit᷑. vnde ſi velis nos enarithmū ag/noſcere dic primū vſyā. Cal. Druſianā. Ami. Andronici huius principis cō/iugem? Cal. Ipſam. Ami. Erras ſocie: eſt lota baptiſmate. Cal. Inde nō curo ſi ipſam ad mei amorē attrahere potero. Ami. Nō poteris. Cal. Cur diffiditis? Ami. Quia rem difficilem petis. Cal. Num ego primus: huiuſmodi rem pe/to. & nō multorū ad audendū ꝓuocatus ſum exēplo. Ami. Intende frater: ea ipſa q̄m ardes: ſancti Iohannis apoſtoli doctrinā ſecuta. totā ſe deuouit deo. intantū ut nec ad thorū andronici chriſtianiſſimi uiri. iam dudū potuit reuo cari. quo minus tuæ cōſenciet uanitati. Cal. Queſiui a uobis cōſolationē. ſed incutitis mihi deſperationē. Ami. Qui ſimulat: fallit. & qui profert adulatio/nem: uendit ueritatē. Cal. Quia mihi ueſtrū auxiliū ſubtrahitis: ipſam adibo eiuſq; animo mei amorē blādimētis pſuadebo. Ami. Haud pſuadebis. Cal. Quippe uetar fatis. Ami. Experiemur. Cal. Sermo meus ad te druſiana: pre cordialis amor. Dru. Quid mecū uelis Callimache ſermonibus agere uehe/mēter admiror. Cal. Miraris? Dru. Satis. Cal. Primū de amore. Druſi. Quid de amore? Cal. Id ſcilic&. ꝙ te pre oībus diligo. Dr. Quæ uis cōſanguinitatis quæ ue legalis cōditio inſtitutiōis cōpellit te ad mei amorē? Cal. Tui pulcritu do. Dru. Mea pulcritudo? Cal. Immo. Dru. Quid ad te? Cal. Prochdolor ha/ctenus parū. ſed ſpero quod attineat poſtmodū. Dr. Diſcede diſcede leno ne fande. cōfundor enī diucius tecū uerba miſcere: quē ſencio plænū dyabolica deceptiōe. Cal. Mea druſiana ne repellas: te amantē tuoq; amori cordetenus inherentē. ſed impende amori uicem. Druſi. Lenocinia tua paruipēdo. tuiq; laſciuiā faſtidio. ſed teipſum penitus ſperno. Cal. Adhuc nō repperi occaſio nem iraſcēdi: quia quid mea in te agat dilectio forte erubeſcis fateri. Druſi. Nihil aliud niſi indignationem. Callimachus. Credo te hanc ſentenciam mu tatū ire. Dru. Nō mutabo procerto. Cal. Forte. Dru. O inſenſate & amēs cur falleris? cur te uacua ſpe illudis? quo pacto? qua demēcia reris me tuæ cede/re nugacitati. quæ per multū tpis a legalis thoro uiri me abſtinui. Cal. Proch

deū atq; hominū fidē.ſi nō cōſenſeris nō quieſcā.nō deſiſtā.donec te captio
ſis circūueniā inſidiis.Dru.Eh heu domine ieſu chriſte quid prodeſt caſtita/
tis profeſſionē ſubiiſſe.cū is amens mea deceptus eſt ſpecie.intēde domine
mei timorē:intende quē pacior dolorē.quid mihi: quid agendū ſit ignoro.Si
prodidero:ciuilis ꝑ me fiet diſcordia.ſi celauero:inſidiis dyabolicis ſine te re
fragari nequeo.iube me in te chriſte ocius mori:ne fiam in ruinā delicato iu/
ueni.And.Ve mihi infortunato ex improuiſo mortua eſt druſiana curro ſan
ctūq; Ioannē aduoco.Ioan.Cur nimiū cōtriſtaris andronice?cur fluunt lacri/
mæ?An.Heu heu domīe.tedeo uitæ propriæ.Io.Quid pateris?And.Dru/
ſiana tui aſſecla.Io.Eſt ne hominē exuta?An.Hem eſt.Io.Multū diſcōuenit
ut ꝓ his fundant̄ lacrimæ:quorū aīas credimus letari in requie.And.Non
dubitē licet.quin ut aſſeris aīa æternaliter letet̄.corpuſq; quādoq; incorru/
ptū reſuſcitet̄.hoc tamē me uehementer exurit: ꝙ ipſa me preſente mortē ut
adueniret optādo inuitauit.Io.Agnoſtin cauſam?An.Agnoui tibiq; enucle/
am.ſi quādo ex triſticia hac cōualeſcā.Io.Accedamus exequiaſq; diligenter
celebremus.An.Marmoreū in ꝓximo ſepulcrū habet̄ in quod funus pona
tur.ſeruādiq; cura ſepulcri fortunato noſtro relinquat̄ procuratori.Io.Decet
ut tumulet̄ honorifice.deus letificet animā ī requie.Cal.Quid fiet fortuna/
te?quia nec morte druſianæ reuocari poſſum ab amore.For.Miſerabile.Cal
Pereo niſi me adiuuet tua induſtria.For.In quo poſſum adiuuare?Cal.In eo
ut uel mortuā me facias uidere.Fort.Corpus adhuc integrū manet:ut reor:
quia nō languore exeſum ſed leui(ut expiebare)febre eſt ſolutū.Cal.O me
fœlicē.ſi nunqm̄ experirer.For.Si placabis muneribus dedam illud tuis uſi/
bus.Ca.Que in preſenti ad manꝰ habeo interim accipe:nec diffidas te mul
to maiora accepturū fore.For.Eamus cito.Cal.In me nō erit mora.For.Ecce
corpus nec facies cadaueroſa.nec mēbra ſunt tabida.utere ut libet.Calli.O
druſiana druſiana.quo affectu cordis te colui.qua ſinceritate dilectiōis te ui
ſceratenus amplexatus fui.& tu ſemꝑ abieciſti.meis uotis cōtradixiſti.nunc
in mea ſitū eſt poteſtate quātiſlibet iniuriis te uelim laceſſere.For.At at hor/
ribilis ſerpens inuadit nos.Cal.Ei mihi fortunate cur me decepiſti?cur dete/
ſtabile ſcelus ꝑſuaſiſti.en tu morieris ſerpētis vulnere.& ego cōmorior pre ti
more.Ioā.Accedamus Andronice ad tumulū druſianæ quo animā chriſto cō
mēdemus prece.And.Hoc decet tui ſanctitatē ut nō obliuiſcaris in te confi/
dentē.Io.Ecce inuiſibilis deus nobis apparet uiſibilis:in pulcerrimi ſimilitu
dine iuuenis.An.Expaueo.Io.Domine ieſu cur iuxta id loci dignatus es ſer
uis tuis manifeſtari?Deꝰ.Propter druſianā.eiuſq; qui iuxta ſepulcrū illius ia
cet reſuſcitationē apparui.quia nomen meum in his debet gloriari.An.Quā
ſubito receptus eſt cœlo.Io.Ideo cauſam penitus nō intelligo.And.Mature
mus greſſum.forte experieris in peruētione quod aſſeris te minus intellige/
re.Io.In noīe chriſti quid eſt hoc quod uideo miraculi?Ecce aperto ſepulcro
corpus druſianæ foras eſt abiectū iuxta quod iacet duo cadauera amplexu
ſerpētis circūflexa.An.Cōiecto quid ſignificet.is ipſe Callimachus Druſia/
nam dū uiueret illicite amauit.quod illa egreferēs.in febrem pre triſticia in/
cidit.& mortē ut adueniret īuitauit.Ioan.Hoc amor caſtitatis coegit.And.

Poſt cuius occaſum hic amens infœlicis languorē amoris.& negati tediū cō/ glomerans ſceleris.tabeſcebat animo.eoq; magis deſiderio eſtuabat.Io.Mi ſerabile.An.Nō ambigo quin hūc improbū ſeruū mercede conduceret.quo illi patrādi occaſionē facinoris preberet.Io.O nefas incōparabile.An. Ideo ambo vt video morte ſunt cōſumpti.ne effectū adminiſtrarēt ſceleri.Io.Nec iniuria.An.In hoc tamen illud eſt uel maxime admirandū:cur huius q pra/ uum voluit reſuſcitatio:magis q̄m eius qui cōſenſit:diuina ſit voce prenūcia ta.niſi quia forte hic carnali deceptus delectatiōe deliquit ignorācia.iſte au tem ſola malicia.Ioan. Quāta ſupernus arbiter diſtrictione cunctorū facta examinat. q̄mq; æqua lance ſingulorū merita penſat.id nō obuiū nec cuiq̄m explicabile fore poteſt.quia diuini ſubtilitas iudicii lōge preterit humani ſa gacitatē ingenii.An.Ideo admirādo defecimus.quia rerū quæ gerūt cauſas docte internoſcere nequiuimus.Io.Euētus poſt facta:docet pſepe rerum di/ ſcrimina.An.Verū age iam beate Ioannes quod acturus es.fac vt reſuſcitet callimachus.quo ſoluat huiuſmodi ambiguitatis nodus.Io. Reor prius in/ uocato chriſti nomīe anguē perturbandū.Poſt vero callimachū reſuſcitandū An.Recte reris.ne vltra ledat morſu ſerpētis.Io.Diſcede ab hoc crudelis be ſtia.quia ſeruiturus eſt chriſto:An.Licet irrationale ſit animal.haud ſurda ta men aure quod iuſſiſti obaudiuit.Io.Nō mea ſed chriſti virtute paruit. An. Ideo cicius dicto euanuit.Io.Deus incircūſcriptus & incōprehenſibilis.ſim/ plex & ineſtimabilis:qui ſolus es id quod es:qui diuerſa duo ſocians:ex hoc & hoc hominē fingis:eadēq; diſſocians vnū quod cōſtabat reſoluis. Iube vt reducto halitu diſiūctaq; cōpagine rurſus cōliminata callimachus reſurgat: plen9 vt fuit hō.quo ab oīb9 magnificeris.q ſolus mirāda oparis. An.Amē Ecce vitales auras carpit.ſed pre ſtupore adhuc quieſcit.Io. Callimache ſur/ ge in chriſti noīe.& vtcunq; ſe res habeat cōfitere .quantiſlibet obnoxius ſis uiciis pferas.ne nos in modico lateat veritas.Cal. Negare nequeo quin pa/ trandi cauſa facinoris acceſſerim.quia infœlici languore tabeſcebā. nec illici ti æſtum amoris cōpeſcere poterā.Io.Quæ demēcia: que inſania te decepit vt caſtis preſumeres fragmētis alicuius iniuriā cōferre dehoneſtatis.Cal.Pro pria ſtulticia.huiuſq; fortunati fraudulēta deceptio.Io.Num triplici infortu nio adeo infœlix effectus es.vt nefas quod voluiſti pficere poſſes:Cal: Nul latenus licet nō defuiſſet velle poſſibilitas:tamen omino defuit poſſe. Ioan. Quo pacto impediebaris:Cal.Vt primū diſtracto tegmine cōuiciis tempta ui laceſſere corpus exanime: iſte fortunatus qui fomes mali & incētor extitit ſerpētinis pfuſus uenenis periit.An.O factū bene.Cal.Mihi autē apparu/ it iuuenis aſpectu terribilis:qui detectū corpus honorifice texit.ex cuius flā mea facie candētes in buſtū ſcintille tranſiliebāt.quarū vna reſiliens mihi in faciem ferebat.ſimulq; vox facta eſt dicēs:Callimache morere vt viuas. his dictis expiraui.Io.Opus cœleſtis gratiæ quæ nō delectat in impiorū perdi tione. Calli.Audiſti miſeriā meæ perditionis:noli elongare medelā tuæ mi/ ſerationis.Io.Nō elongabo.Cal.Nam nimiū cōfundor.cordetenus cōtriſtor anxior.gemo.doleo.ſup graui impietate mea.Io. Nec immerito. qppe gra/ ue delictū haud leue pœnitudinis expectat remediū.Cal. O vtinā reſeraret

ſecreta meorū viſcerū latibula. quo interim amaritudinē quā pacior doloris
ꝑſpiceres. & dolenti cōdoleres. Ioan. Cōgaudeo huiuſmodi dolori. quia ſen/
cio te ſalubriter cōtriſtari. Cal. Tedet me prioris vitæ: tedet delectatiōis ini/
quæ. Io. Nec iniuria. Cal. Pœnitet que deliqui. Ioā. Et merito. Cal. Diſplicet
omne quod feci intātū vt nullus amor: nulla voluptas ſit viuēdi: niſi renatus
in chriſto merear in melius trāſmutari. Io. Nō dubito quin ſuperna gratia in
te appareat. Cal. Ideo ne moreris. ne pigriteris laſſum erigere. merentē cōſo
latiōibus attollere. quo tuo monitu: tuo magiſterio: a gentili in chriſtianū: a
nugace: in caſtū tranſmutatus virū: tuoqꝫ ducatu ſemitā arripiens veritatis:
viuam iuxta diuinæ preconiū promiſſiōis. Io. Benedicta ſit vnica progenies
diuinitatis: idemqꝫ particeps noſtræ fragilitatis. qui te fili callimache parcē/
do occidit & occidēdo viuificauit. quo ſuū plaſma mortis ſpecie: ab interitu li
beraret animæ. An. Res inſolita omīqꝫ admiratōe digna. Io. O chriſte mūdi
redemptio. & peccatorū propiciatio. qualibus laudū preconiis te talem cele
brem ignoro. expaueo tui benignā clemenciā & clementē pacientiam. qui pec
cātes nunc paterno more tolerādo blādiris. nūc iuſta ſeueritate caſtigādo ad
penitēciā cogis. An. Laus eiꝰ diuinæ pietati. Io. Quis auderet credere? qſue
preſumeret ſperare vt hunc quē criminoſis intentū uiciis mors inuenit & in/
uentū abſtulit tui miſeratio ad vitā excitare. ad veniā dignaret᷑ reparare? ſit
nomen tuū ſanctū in ſecula benedictū: ꝗ ſolus facis ſtupēda mirabilia. An.
Eia ſancte Ioannes & me conſolari ne tardes. Nam cōiugalis amor druſiane
meā haud patit᷑ mentem cōſiſtere niſi & ipſam quātocius videā reſurrectum
ire. Ioan. Druſiana reſuſcitet te dominus ieſus chriſtus. Druſi. Laus & honor
tibi chriſte. qui me feciſti reuiuiſcere. Cal. Soſpitatis auctori grates. ꝗ te mea
druſiana reſurgere dedit ī leticia que graui cū triſticia die fūgebaris extrema
Dru. Decet tui ſanctitatē venerāde pater Ioannes. vt reſuſcitato Callimacho
qui me illicite amauit. & hunc reſuſcites qui mei proditor funeris extitit. Cal
Ne dignū ducas chriſti apoſtole hūc proditorē hunc malefactorē a vinculis
mortis abſoluere. qui me decepit. me ſeduxit. meqꝫ ad audendū horribile fa
cinus prouocauit. Ioan. Nō debes illi inuidere gratiā diuinæ clemēciæ. Cal.
Nō enim eſt dignus reſurrectiōe qui auctor extitit ꝑditionis alienæ. Io. Lex
noſtræ religionis docet vt homo homini dimittat: ſi ipſe a deo dimitti ambiat
An. Iuſtum. Ioan. Quādo etiā dei vnigenitus idemqꝫ virginis primogenitus
qui ſolus innocēs. ſolus immaculatus. ſolus ſine veterni ſorde delicti in mun/
dum venit: omēs ſub graui onere peccati depreſſos inuenit. An. Verum. Io.
Scilicet nullū iuſtum. nullū miſericordia inueniret dignū. neminē tamē ſpre/
uit. neminē ſuæ gracia pietatis priuauit. ſed ſeipſum tradidit. ſuiqꝫ dilectam
animā pro omibus poſuit. An. Si innocēs nō occideret᷑: nemo iuſte liberaret᷑
Ioan. Ideo in hominū nō delectat᷑ perditiōe. quos ſuo emptos meminit pre/
cioſo ſanguine. An. Gratias illi. Ioā. Vnde aliis dei gratiā nō debemus inui/
dere. q̄m ex nullis precedētibus meritis in nobis gaudemus habūdare. Cal.
Terruiſti me monitu. Io. Ne autē tuis videar reniti votis. nō ſuſcitet᷑ per me:
ſed per druſianā quia ad hoc implendū a deo accepit gratiam. Dru. Diuina
ſubſtācia quæ vere & ſingulariter es ſine materia forma. quæ hominē ad tui

ymaginē plaſmaſti:& plaſmato ſpiraculū vitæ inſpiraſti:iube materiale cor/
pus fortunati reducto calore in viuentē animā iterū reformari. quo trina nrī
reſuſcitatio tibi in laudē vertat̃ trinitas venerāda.Iō.Amen.Dru.Fxpgiſcere
fortunate & iuſſu chriſti retinacula mortis diſrūpe.For. Quis me apprehen
ſa manu erexit?quis vocē vt reſurgerē dedit?Io.Druſiana.For.Num me ſuſci
tauit druſiana?Io.Ipſa.For. Nōne ante aliquot dies improuiſa morte fuerat
cōſumpta.Ioā.At viuit in chriſto.For.Et cur manet callimachus graui uultu
modeſtus?nec pfurit ſolito more in amore druſianæ.Io. Quia a nequā inten
tione trāſmutatus:vere eſt chriſti diſcipulus.For.Non.Io. Eciam. For.Si vt
aſſeris me druſiana ſuſcitauit:& Callimachus chriſto credidit:uitā repudio.
mortēq; ſponte eligo:quia malo nō eſſe.q̄m in his tantā habundāter virtutū
gratiā ſentiſcere.Io.O admirāda dyaboli inuidia. o malicia ſerpētis antiqui
qui & prothoplaſtis mortem ꝓpinauit.& ſup iuſtorū gloria ſemp gemit.iſte
infœliciſſimus fortunatus:dyabolicæ amaritudinis felle pleniſſimus:cōpa/
rat̃ malæ arbori amaros fructus faciēti vnde exciſus a collegio iuſtorū & ab
iectus a cōſortio timentiū deū:mittat̃ in æterni ignē ſupplicii.cruciādus ſine
alicuius intermixtione refrigerii.An. Ecce turgeſcētibus ſerpētinis morſibus
ad occaſum rurſus uergit̃ & cicius dicto moriet̃.Ioā. Moriat̃ ſitq; incola ge
henne qui propter alieni inuidiā profectus recuſauit viuere.And.Terribile.
Ioan.Nihil terribilius inuido:nihil ſceleſtius ſupbo.An.Vterq; miſerabilis
Io.Vna eadēq; pſona vtroq; ſp laborat vicio quia neutrū ſine altero. An. Ex
pone enucleacius.Ioan.Nā qui ſuperbit inuidet:& qui inuidet ſupbit:quia
mens inuida dum alienā laudē nec patit̃ audire:& in ſui cōparatiōe pfectio
res ambit vileſcere: dedignat̃ ſubiici dignioribus & ſuperbe conat̃ preferri
cōparibus.An.Patet.Io.Vnde iſte miſerrimus vulnerabat̃ mēte. quia ſe his
inferiorē eſtimare nō ſuſtinuit.in quis ampliorē dei gratiā lucere nō neſciuit.
And.Nūc tandē intelligo.ꝙ inter ſurgētes minime eſt cōputatus.quia ocius
erat moriturus.Ioan.Dignus eſt enī vtraq; morte: quia & cōmendatū funus
afficiebat iniuria.& reſurgētes iniuſto inſectabat̃ odio.An.Infœlix eſt mor/
tuus.Io.Recedamus ſuūq; dyabolo filiū relinquamus.nos autē diem iſtū &
pro mirāda callimachi mutatiōe & pro vtriuſq; reſuſcitatiōe: cum leticia aga
mus. gr̄as ferentes deo.æquo iudici.ſecretorūq; diſcretiſſimo cognitori. qui
ſolus omīa ſubtiliter examinās. omīa recte diſponēs. vnūquēq; iuxta quod
dignū prenoſcit præmiis ſuppliciiſue aptabit ipſi ſoli honor virtus fortitudo
& victoria laus & iubilatio per infinita ſeculorū ſecula.Amen.

ARGVMENTVM IN ABRAHAM.

Lapſus & cōuerſio Mariæ neptis Abrahæ heremicolæ quæ vbi.xx.ānos ſo
litariā uitā ægit corrupta uirginitate ſeculū repeciit.& cōtubernio meretricū
admiſceri nō metuit:ſed poſt bienniū prefati abrahe monitis:illā ſub amato
ris ſpecie querētis reducta:larga effuſione lacrimarū.cōtinuaq; exercitatōne
ieiuniorū uigiliarū atq; orōnū p uicenos annos emūdauit maculas criminū.

COM QVARTA ABRAHAM ETMARIA



Abraham Effrem Maria Interlocutores. ABRAHAM.
Vne frater & coheremita Effrem cōmodū ducis meæ adhuc cōfa
bulationi uacare? an quoadusq̧ diuinas expleas laudes me uis
preſtolari? Ef. Noſtrorū cōfabulatio eius debet eſſe laudatio q
ſe cōgregatis in ſuo noīe mediū ſpopōdit intereſſe. Abra. Nihil
aliud locuturus acceſſi: niſi ꝙ diuinæ uoluntati non neſcio como
dari. Ef. Quare nec ad momētū quidē me ſubtraho ſed tuo affectui totū de/
do. Ab. Quiddā agendū mihi exeſtuat mente. in quo tuum uelle meis uotis
exopto reſpōdere. Ef. Si unū cor unaq̧ aīa iubet̃ eſſe idem uelle idem cogi
mur nolle. Ab. Eſt mihi neptis tenella. vtriuſq̧ parētis ſolamine deſtituta. in
quā pro cōpaſſiōe orbitatis nimio affectu ducor. cuiuſq̧ cauſa cōtinua ſollici
tudine fatigor. Ef. Et quid tibi triūphator ſeculi. cū curis mūdi. Abra. Id ſcili
cet curo ne immēſa eius ſerenitas pulcritudinis. alicuius obfuſcet̃ ſorde coin/
quinatiōis. Ef. Huiuſmōī cura nō ē vituperāda. Ab. Spero. Ef. Cuius ē æta/
tis? Ab. Si vnius rotatus menſurni apponeret̃ duas olimpiades vitali aura
ueſceret̃. Ef. Immatura pupilla. Ab. Ideo nō deeſt mihi cura. Ef. Vbi degit?
Ab. In meis māſiunculis. Nā rogatu ꝓpinquorū nutriendā eam ſuſcepi. ſed
eius gazas paupibus erogare decreui. Ef. Deſpectio tpaliū cōdecet animū
cœlo intētū. Ab. Exeſtuo mēte geſtiēs illā chriſto deſpōſare eiuſq̧ tyrocinio
mancipatū ire. Ef. Laudabile. Ab. Cogor noīe. Ef. Quid uocat̃? Abr. Maria
Eff. Ita eſt. tanti excellenciā noīs decet ſtemma uirginitatis. Ab. Non diffido
quin ſi nr̄is ſuauiter hortamētis ꝓuocet̃ ad cedendū facilis experiat̃. Ef. Ac/
cedamus eiuſq̧ cogitatiōi celibis ſecuritatē uitæ inſtillemus. Ab. O adopti/
ua filia. o meæ ps aīæ maria. cede meis paternis monitōibus: meiq̧ cōparis
effrem ſaluberrimis inſtitutiōibus. enitere: vt auctricē virginitatis quā equi/
uoco eqparas noīe imiteris & caſtitate. Ef. Multū diſcōuenit filia ut que cum
dei genitrice maria p myſteriū noīs preemines in axe inter ſydera nūq̄m ca/
ſura. inferior meritis in terre volutes infimis. Ma Myſteriū noīs ignoro. vn/
de quid circuitiōe uerborū ſignifices haud intelligo. Effr. Maria interpretat̃
ſtella maris circa quā videlic& fert̃ mūdus: & vocat̃ populus: Ma. Cur ma
ris ſtella dicit̃? Eft. Quia nunq̄m occidit: ſed nauigātibus recti ſemitā itine/
ris dirigit. Ma. Et q poſſet fieri. vt ego tātilla ex lutea materia cōfecta eo at/
tingere meritis: quo myſteriū rutilat noīs. Ef. Illibata corpis integritate. pu/
raq̧ mētis ſanctitate. Ma: Grandis eſt honoris: hominē æquari aſtrorum ra
diis. Ef. Nā ſi incorrupta & virgo pmanebis: angelis dei fies æqualis. quib9
tādē ſtipata graui corpis onere abiecto ptrāſiēs aera ſupgradieris æthera zo
diacū pcurres circulū nec ſubſiſtēdo tpabis greſſū donec āplexaris āplexib9
filii uirgīs ī lucifluo thalamo ſui genitricis. Ma. Qui hec puipēdet aīmū ui/
uit unde preſencia deſpicio memetipſā denego: quo merear aſcribi gaudiis
tāte fœlicitatis. Ef. Ecce nāciſcimur in pectore infantili ſenilis maturitatē in
genii. Ab. Gr̄a dei ē id quod ē? Ef. Negari neq̄t. Ab. Sed lic& dei gr̄a ſit illu
ſtrata: ībecillē tamē ætatē ſuo vti nō ꝓdeſt arbitrio. Ef. ver℞. A. Ideo faciā illi
exiguā ab ītroitu cellulā: meis māſiūculis cōtiguā: p cui9 feneſtrā pſalteriū
ceteraſq̧ diuinæ legis paginas illā crebrius viſitando inſtruā. Effr. Cōuenit.
Mar. Tuo pater effrem interuētui me cōmitto. Ef. Cœleſtis ſpōſus cuius affe

ctu in tenella ætate inheſiſti.tueat̃ te filia ab omni fraude dyaboli.Abr.Frater effrem ſi quid mihi utriuſq; caſu fortunæ ingerit̃. te primũ adeo te ſolum cõſulo.unde ne ſis aduerſus querimoniæ quã proſequor.ſed fer opem dolori quẽ pacior.Ef.Abrahã abrahã quid pateris?cur plus licito cõtriſtaris? nunq̃m fuit fas heremicolæ conturbari ſeculariũ more.Ab.Incõparabilis luctus mihi cõtigit.intollerabilis dolor me afficit.Ef.Ne fatiga me lõga uerborum circuitione.ſed quid paciaris expone.Ab.Maria mis optiua filia. quã p bis bina luſtra ſũma diligẽcia nutriui:ſũma ſolercia inſtruxi.Ef.Quid illa?Ab. Ei mihi periit.Ef.Qualiter?Abr.Miſerabiliter.Deinde euaſit latẽter.Effrẽ. Quibus inſidiis circũuenit eam fraus antiqui ſerpẽtis?Abra.Per illicitũ cuiuſdã ſimulatoris affectũ:qui monachico aduenĩes habitu. ſimulata eam uiſitatione frequẽtabat.donec indocile iuuenilis ingeniũ pectoris:ad ſui amorẽ inflexit.adeo ut per feneſtrã ad patrandũ facinus exiliret.Ef.Cõtremiſco auditu.Abr.At ubi ipſa infœlix ſe corruptã ſenſit:pectus pulſauit. faciẽ manu lacerauit.ueſtes ſcidit.capillos eruit.uoces in altũ eiulando dedit.Ef. Nec iniuria.huiuſmodi nanq; ruina toto lacrimarũ fonte eſt lugẽda.Abr.Lamentabat̃ nãq; ſe quod fuerat nõ eſſe.Effr.Ve illi miſeræ.Abr. Lugebat ſe nr̃is cõtraria monitis ægiſſe.Ef.Ac ualde.Abr. Defleuit ſe uigiliarũ:orationũ:ieiuniiq; ſudores euacuaſſe.Ef.Si in tali cõpunctiõe pſeueraret ſalua fieret.Ab. Haud pſeuerauit ſed peiora prioribus appoſuit.Ef.Viſceratenus cõturbor. totiſq; mẽbris reſoluor. Ab.Poſtq̃m enim his celamẽtis ſe puniuit:nimietate uicta doloris:præceps ferebat̃ in foueã deſperatiõis.Eff.Eh heu q̃m grauis perditio. Ab.Et quia ueniã deſperauit poſſe mereri:ſæculũ repetere: uanitatiq; elegit deſeruire.Ef.Hem par uictoria:ſpiritalibus in ſorte heremitaꝝ nequiciis:antea fuit inſolita.Ab.Sed nũc demonũ ſumus preda.Ef.Mirũ q̃ fieri poſſet?ut te ignorãte euaderet.Ab.Interim fueram mente cõſternatus ex oſtẽſæ uiſiõis terrore quaſi mens nõ fuiſſet leua. mihi prefigurabat̃ eius ruina?Ef.Vellẽ modũ uiſiõis audire. Ab.Putabã me ante fores cellulæ ſtetiſſe & ecce draco miræ magnitudinis.nimiiq; fetoris rapido impetu adueniens: candidulã ſecus me columbã repperiẽs.cepit.deuorauit.ſubitoq; nõ cõparuit.Ef. Euidẽs uiſio. Abr. At ego ubi expgiſcẽs mẽte que uidebã tractaui.uerebar aliquã eccleſiæ ĩminere pſecutionẽ.quæ fideles quoſdã attraheret in errorrẽ Ef. Verẽdũ erat Ab. Vnde pſtrat9 ĩ orõnẽ precognitori futurorũ ſupplicaui.ut mihi detegeret ſolutionẽ ſomnii.Ef.Recte ægiſti.Abr. Tercia demũ nocte cũ laſſa ſopori mẽbra dediſſem. putabã eundẽ draconẽ meis ueſtigiis diſruptũ:uolutaſſe.ipſamq; columbã abſq; leſiõe emicuiſſe.Ef. Letificor auditu.nec ambigo quin tua quãdoq; ad te reuertat̃ maria.Ab. Poſtq̃m euigilãs huius ſolamine uiſionis:temperabã triſticiã prioris.mentem recepi ut reminiſcerer alũne. illud quoq; ſi ſine triſticia memini quod ipſam in duorum interuallo dierum diuinæ innitentem laudi ſolito non ſenſi. Effrem.Sero meminſti.Abraham. Fateor.acceſſi.manu feneſtrã pulſaui filiam ſepius nominando uocaui.Effrem. Ah fruſtra uocaſti. Abrahã.Hoc adhuc nõ ſenſi.ſed cur negligẽter ĩ diuinis ageret rogaui ſed nec leuis tinnitũ reſpõſi recepi .Ef Et qd tũc feciſti?Ab.ubi abeſſe quã querebã deprehẽdi uiſcera diſcuciebat̃.

timore:mēbra cōtremuerūt pauore.Effr Nec mirū certe & ego id ipſum nūc
pacior audiendo.Abr.Deinde flebilibus ſonis auras pollui. rogitans quis
lupus meā agnam raperet.quis latro meam filiam captiuaret?Effr.Iure con/
queſtus fuiſti eius perditionē quā nutriuiſti.Ab.Tādē acceſſerūt q ueritatē
ſciētes rē ſeſe ita ut tibi nūc expoſui hīc. ipſamqꝫ uanitati dixerūt deſeruire
Effr.Vbi moratꝰ.Abr.Ignoratꝰ.Eff.Quid fiet?Abr.Eſt mihi fidelis amicus:
qui ciuitates uillaſqꝫ pagrans:nō quieſcet donec quæ illā terra ſuſceperit ag/
noſcet.Effr.Quid ſi experietꝰ?Abra.Habitū mutabo.ipſamqꝫ ſub amatoris
ſpecie adibo.ſi forte meo monitu poſt graue naufragiū reuertatꝰ ad priſtinæ
quietis portū.Eff.Etiā quid fiet ſi carniū eſus:uiniqꝫ hauſtus apponetꝰ?Ab.
Haud abrogabo ne agnoſcar.Eff.Recta prorſus laudabiliqꝫ diſcretiōe ute/
ris.ſi arctioris frena obſeruācie aliquātiſper laxabis:quo errātē chriſto lucre
ris.Abr.Eo magis ad audendū incitor:quo te mihi in hac cōcordari re expe
rior.Eff.Qui clancula cordiū cognoſcit:qua intentiōe unaquæqꝫ res geratur
intelligit.nec in diſcretiſſimo eius examīe reus preuaricationis habetꝰ.q a
ſtrictioris rigore cōuerſatiōis ad tēpus deſcēdēdo imbecillioribus aſſimula
ri nō reſpuit.quo efficacius animā reuocet que errauit.Abr.Tuū eſt interim
me precibus adiuuare:ne impediar dyabolica fraude.Eff.Ipſum ſummū bo
nū ſine quo nihil fit boni.faciat tuū uelle ī bono cōſūmari.Ab.Num ille eſt
meus amicus?quē ante hoc bienniū ꝓ inquiſitu direxi mariæ.ipſe eſt.Ami.
Aue uenerāde pater.Ab.Aue affabilis amice diu te ſuſtinui.ſed nūc adueni
re deſpaui.Ami.Ideo morā feci quia te ambigua re ſollicitare nō preſūpſi at
ubi ueritatē inueſtigaui:reditū maturaui.Abra.Vidiſtin mariā?Ami.Vidi.
Ab.Vbi?Ami.Qua dictu miſerabile.Abr.Dic obſecro.Ami.In domo cu/
iuſdā lenonis habitationē elegit q tenello amore illā colit.nec fruſtra.nā omi
die nō modica illi pecunia ab eius amatoribus adducitꝰ.Ab.A mariæ ama/
torib9?Am:Ab ipſis.Ab.Qui ſūt eius amatores?Am.ꝑplures.Ab.Ei mihi
O bone ieſu qd hoc mōſtri ē?quod hāc quā tibi ſpōſā nutriui alienos amato
res audio ſeq?Am.Hoc meretricibus antiqtus fuit in more ut alieno delecta
rentꝰ amore.Ab.Affer mihi ſonipedē delicatū et militarē habitū:quo depoſi
to tegmine religionis ipām adeā ſub ſpē amatoris.Ami.Ecce oīa.Abr.Obſe
cro affer & pileū:quo coronā uelem capitis.Ami.Hoc maxime opus eſt ne
agnoſcaris.Ab:Quid ſi unū ſolidū(quē habeo)mecū afferā?quo ſtabulario
ꝓ mercede tribuā.Am.Aliter ad colloquiū marie nō potes ꝑuenire.Ab.Sal
ue bone ſtabulari.St.Quis loquitꝰ?hoſpes ſalue.Abr.Eſt ne apud te locus
uiatori ad ꝑnoctādū aptus.Sta.Eſt plane nr̄a hoſpiciola nulli ſūt neganda.
Ab.Laudabile.St.Intra ut tibi preparetꝰ cena.Abr.Magna tibi ꝓ hilari ſu
ſceptiōe debeo:ſed adhuc maiora a te expeto.St.Que uoles.ut cōceſſurū eſ
flagita.Abr.Accipe uile munus quod defero & fac ut ꝑpulcra quā tecū ob
ſeruari experiebar puella nr̄o interſit cōuiuio.Sta.Cur illā deſideras uidere?
Ab.Quia nimiū delector in eius agnitōe cuius pulcritudinē a pluribus lau
dari audiebā ſepiſſime.St.Quiſqs laudator eius forme extitit nihil fefellit.
Nā prenitet uenuſta uultu pre ceteris mulieribus.Ab.Ideo ardeo ī ei9amo
re?Stab.Miror te in decrepita ſenectute iuuēculæ mulieris amorem ſpirare

Abra. Percerte nullius alius rei cauſa acceſſi: niſi eã uidẽdi. Sta. Procede ma
ria tuiq; pulcritudinẽ nr̃o neophito oſtẽde. Ma. Ecce uenio. Abr. Quæ fidu
cia? quæ conſtancia mentis mihi poſt hac cũ hanc quã nutriui in heremi lati
bulis meretricio uultu ornatã cõſpicio. ſed nõ eſt tẽpus ut prefiguret̃ in facie
quod tenet̃ in corde: erumpẽtes lacrimas uiriliter ſtringo & ſimulata uultus
hilaritate internæ amaritudinẽ meſtitudinis cõtego. St. Fortunata maria leta
re. quia nõ ſolũ ut hacten9 tui coeui: ſed etiã ſenio iam cõfecti te adeũt. te ad
amandũ cõfluũt. Ma. Quicũq; me diligũt equalẽ amoris uicẽ a me recipiũt
Abr. Accede maria & da mihi oſculũ. Ma. Nõ ſolũ dulcia oſcula libabo. ſed
etiã crebris ſenile collũ amplexibus mulcebo. Ab. Hoc uolo. Ma. Quid ſen
cio? quid ſtupẽdæ nouitatis guſtãdo haurio? Ecce odor iſtius fragrãciæ pretẽ
dit fragranciã mihi quondã uſitatæ abſtinẽciæ. Abr. Nũc nunc: ſimulandũ.
nũc laſciuiẽtis more pueri iocis inſtandũ. ne & ego agnoſcar pre grauitate &
ipſa ſe reddat latibulis pre pudore. Mar. Ve mihi infœlici. unde cecidi. & in
quã ꝑditionis foueã corrui. Abr. Hic nõ eſt aptus querelæ locus: ubi cõuiua
rũ cõfluit cõuentus. Sta. Domna maria cur ſuſpiria trahis? cur mades lacri
mis? nõne per bienniũ hic cõuerſabaris & nunq̃m ex te gemitus ꝓrupit. nun
quã triſtior ſermo prodiit. Ma. O utinã fuiſſem ante triũ annorũ ſpacia mor
te abſumpta. ne ad tãta deuenirẽ flagicia. Abr. Nõ ut tua peccata plãgerem
adueni. ſed ut tuo iũgerer amori. Ma. Leui cõpunctiõe ꝓmouebar ideo talia
fabar. ſed epulemur & letemur. quia ut monuiſti hic non eſt tempus peccata
plãgẽdi. Ab. Affatim refecti affatim ſumus ebriati tua largitate adminiſtrã
te o bone ſtabulari. da licenciã a cena ſurgẽdi. quo laſſum corpus in ſtratũ cõ
ponã. dulciq; quiete recreem. Sta. Vt libet. Ma. Surge domine mi ſurge tecũ
pariter tendã ad cubile. Abr. Placet. nullatenus cogi poſſem. ut te nõ comitã
te exirem. Ma. Ecce tricliniũ ad inhabitandũ nobis aptum. ecce lectus haud
uilibus ſtramẽtis cõpoſitus. ſede ut tibi detrahã calciamẽta. ne tuipſe fatige
ris diſcalciãdo. Ab. Muni prius ſeris hoſtiũ. ne qs introeũdi inueniat aditũ.
Ma. Sup hoc ne ſolliciteris. faciã ut nulli ad nos tribuat̃ acceſſus facilis. Ab.
Tẽp9 ablato capitis uelamĩe qs ſim aperire. O adoptiua filia. o meæ ps aĩæ
maria: agnoſcis ne me ſenẽ? q te paterno amore nutriui: q te cœleſtis regis
unigenito deſponſaui. Mar. Ei mihi. pater & magiſter meus abrahã eſt qui
loquitur. Abrahã. Quid contigit tibi filia? Mari. Grauis miſeria. Abraham.
Quis te decepit? Quis te ſeduxit? Mar. Qui prothoplaſtos proſtrauit. Abr.
Vbi eſt angelica illa quam in terris ægiſti cõuerſatio? Mari. Prorſus perdita
Ab. Vbi ẽ uerecũdia tua uirginalis? ubi cõtinẽtia admirabilis? Ma. Euacua
ta. Ab. Quã mercedẽ niſi reſipiſcas pro ieiuniorũ. orõnũ: uigiliarũ: ſudore:
ultra potes ſperare. cũ uelut lapſa ab altitudĩe cœli dimerſa es in profundũ
inferni. Ma. Eh heu. Ab. Quare me deſpexiſti? qre deſeruiſti? quare euẽtum
tuæ ꝑditiõis mihi nõ indicaſti? quo ego cũ dilecto meo Effrẽ dignã ꝓ te pe
nitẽciã agerẽ. Ma. Poſtq̃m lapſa in peccatis corrui: tuæ ſctitati polluta proxi
mare nõ preſũpſi. Ab. Quis unq̃m a pc̃tõ extitit ĩmunis niſi ſolus fili9 uirgi
nis. Ma. Nullus. Ab. Humanũ ẽ peccare dyabolicũ in peccatis durare. nec
iure reprehẽdit̃ qui ſubito cadit: ſed qui cicius ſurgere negligit Ma. Ei mihi
infœlici. Abr. Cur decidis? cur in terra iaces immobilis? erigere & que dicam

percipe.Ma.Pauore cõcuſſa corrui quia uim paterne monitiõis ferre nequi/
ui.Abr.Adtende mei in te dilectionẽ & depone timorẽ.Mar.Nequeo.Abr.
Nõne tui cauſa deſiderabilẽ heremi habitationẽ reliqui?omnẽ regularis ob/
ſeruãciã cõuerſatõis pene euacuaui.intantũ ut ego uerus heremicola:factus
ſum laſciuientiũ cõuiua.& qui diu ſilentio ſtudebã. iocularia uerba ne agno
ſcerer proferebã.Cur dimiſſo uultu terrã inſpicis?cur reſpondẽdo mecũ uer/
ba miſcere dedignaris?Mar.Proprii cõſcientia reatus cõfundor.Ideo nec ocu
los ad cœlũ leuare nec ſermonẽ tecũ preſumo cõſerere.Abr. Noli diffidere fi
lia.noli deſperare:ſed emerge de abyſſo deſperatiõis & fige in deo ſpem mẽ
tis.Mar.Enormitas peccatorũ pſtrauit me in deſperatiõis profundũ.Abra.
Peccata quidẽ tua ſunt grauia.ſed ſupna pietas maior eſt omĩ creatura unde
triſticias rumpe.datũq; pænitendi ſpaciolũ pigritando noli negligere: quati
nus ſupabundet diuina gratia ubi ſupabũdauit facinorũ abhominatio. Ma
Si ulla promerendæ ſpes ſuæ uenie ineſſet:ſtudiũ pænitẽdi minime deeſſet.
Abr.Miſerere meæ quã pro te ſubii laſſitudinis & depone pnicioſam deſpe/
rationẽ quam omibus cõmiſſis nõ neſcimus eſſe grauiorem. qui enim peccã
tib9 deũ miſereri uelle deſperat:irremediabiliter peccat.quia ſicut ſcintilla ſi
licis pelagus nequit inflãmare ita noſtrorũ acerbitas peccaminũ diuinæ dul
cedinẽ benignitatis nõ ualet immutare.Mar. Nõ enim ſupernæ magnificen
ciã pietatis nego ſed proprii enormitatẽ ſceleris cõſiderãdo.ad digne ſatiſfa/
ctionẽ penitẽciæ uereor nõ ſufficere. Abr.In me ſit iniquitas tua tantũmodo
reuertere ad locũ unde exiſti.& ini ſecũdo cõuerſationẽ quã deſeruiſti. Ma.
In nullo unquã tui renitor uotis.ſed que iubes obtẽperãter amplectar.Abr.
Nũc fateor te uere quã nutriui filiã nũc cẽſeo te pre omibus fore diligẽdam.
Ma.Aliquãtulũ auri ueſtiũq; poſſideo.quod tua de his auctoritas decreue/
rit expecto.Ab.Que adquiſiſti peccãdo:cũ ipſis peccatis ſũt abiiciẽda. Ma
Rebar paupibus erogãda. ſeu ſacris eſſe altaribus offerẽda.Abr.Non ſatis
acceptabile munus deo eſſe cõprobat̃:quod criminibus adquirit̃.Ma.Nul
la ſup his ultra ſollicitudine fatigar.Abr.Matuta niteſcit.luceſcit.abeamus.
Mar.Tuũ eſt pater amãde ut adinſtar boni paſtoris precedas repertã ouẽ.
& ego paribus incedẽs ueſtigiis ſubſequor precedentẽ.Abra. Haud ita ſed
ego pedibus incedã te aũt equo ſupponã: ne itineris aſperitas ſecet teneras
plãtas.Mar.O quẽ te memorẽ quã tibi gratiarũ impendã recõpenſationẽ. q
me indignã miſeratõe:nõ terrore cogis.ſed miti cõdeſcẽſiõe ad penitẽciã hor
taris.Abr.Nihil aliud a te expeto niſi ut reliquũ uitæ inherendo inſiſtas dei
obſequio.Ma.Spõtanea mẽte inhereã pro uiribus inſiſtã & ſi facultas deſit
poſſe:nũq̃m tamẽ deerit uelle.Ab.Cõuenit ut quo ſtudio deſeruiebas uani/
tati.famuleris diuinæ uolũtati.Mar.Fiat precor tuis meritis ut in me pficiat̃
uolũtas diuinitatis.Ab.Maturemus reditũ.Ma.Maturemus nam me tedet
morarũ.Ab.Quãta celeritate aſperi difficultatẽ itineris trãſcurrimus.Mari.
Quod deuote agit̃ facile pficit̃.Abr.Ecce tua deſerta cellula.Ma. Ei mihi:
ipſa mei ſceleris ẽ cõſcia ideo ĩgredi formido.Ab.Et merito fugiẽdũ ẽ.qppe
loc9 ĩ quo hoſtẽ ſeqt̃ triũphis.Ma.Et ubi me decernis cõpũctiõi uacare.Ab
Ingredere ĩ cellã ĩteriorẽ ne uetuſtus ſerpẽs decipiẽdi ultra ĩueniat occaſionẽ

Mar. Non cõtraluctor: ſed que iubes amplector. Abrahã. Familiarem meũ Effrem accedam: quo ipſe qui ſolus mecũ tuæ cõdoluit perditioni cõgaudeat inuentioni. Mar. Competit. Effr. Num mihi aliquid affers gaudii? Abra. Ac magni. Effr. Placet. nec dubito quin Mariã nanciſcereris. Abra. Nanciſcebar plane. & gaudens reduxi ad ouile. Effr. Diuinæ gratia uiſitationis factũ credo. Abra. Proculdubio. Effr. Vellem ſcire qualiter iuxta id tẽporis uitã: moresq; ordinauerit. Abra. Iuxta meũ uelle. Effr. Hoc illi expedit uel maxime. Abra. Quicquid ipſi agendũ ꝓpoſui: q̃muis difficile: q̃muis graue. haud abrogauit ſubire. Effr. Laudabile. Abr. Nam induta cilicio: cõtinuaq; uigiliarũ & ieiunii exercitatione macerata: artiſſimæ legis obſeruatõne corpus tenerũ aniæ coegit pati imperiũ. Effr. Equũ eſt ut iniquæ ſordes delectatiõis eliminẽtur acerbitate caſtigatiouis. Abra. Quiſquis eius lamenta intelligit mente uulneratꝰ. quiſquis compunctionẽ ſentit? & ipſe compungitꝰ. Effr. Solet fieri. Abra. Elaborat pro uiribus ut quibus cauſa fuit perditiõis: fiat exemplũ cõuerſionis. Effr. Cõſequens eſt. Abr. Nititur ut quãto extitit fedior. tãto appareat nitidior. Effr. Iocũdior audiẽdo: precor dialiq; letor gaudimonio. Abra. Et merito. Nam falanges angelicæ gaudẽtes: dominũ laudãt ſuper peccatoris cõuerſione. Effr. Nec mirũ. nullius nanq; iuſti magis delectatꝰ perſeuerãcia. quã impii penitẽcia. Abr. Vnde in illa tanto iuſtius laudatur: quãto ultra reſipiſci poſſe deſperabatꝰ. Effr. Cõgratulantes laudemus: laudantes glorificemus: unigenitũ & uenerabilẽ. dilectũ & clementẽ dei filiũ. qui nõ uult perire: quos ſui ſacro redemit ſanguine. Abra. Ipſi honor gloria & iubilatio per infinita ſecula. amen.

ARGVMENTVM IN PAFFNVCIVM.

Conuerſio Thaidis meretricis. quã paſnucius heremita. æque ut abrahã ſub ſpecie adiens amatoris: cõuertit. & data penitẽcia: per quinquẽniũ in anguſta cellula cõcluſit. donec digna ſatiſſactiõe deo recõciliata quintadecima peractæ penitenciæ die obdormiuit in chriſto.

COM. QVINTA PAFFNVCIVS ET THAIS



Paſſnucius Diſcipuli Thais Iuuenes Amantes
Antonius Paulus Interlocutores.

DISCIPVLI.

Vr obſcurū pater uultum nec ſolito geris paſſnuti ſerenū. Paff
Cuius cor contriſtať .eius & vultus obſcurať. Diſ. Pro qua re/
cōtriſtaris? Paf. Pro iniuria factoris. Di. Quæ hæc iniuria? Paf.
Ipſam quā a propria patiť creatura ad ſui ymaginē cōdita. Di.
Terruiſti nos dictu. Paff. Licet illa impaſſibilis maieſtas affici
nō poſſit iiuriis: tamē vt affect⁹ noſtræ fragilitatis metaforice trāſferā in deū
que maior iniuria dici poteſt: quā ꝙ eius imperio cuius gubernaculis maior
mūdus obtemperāter ſubdiť: ſolus minor cōtraluctať. Diſc. Quis eſt minor
mūdus? Paf. Homo. Diſ. Homo? Paf. Porro. Diſ. Qui homo? Paf. Omis. Di.
Qui poteſt fieri? Paf. Vt placuit creatori. Diſ. Nō ſapimus. Paf. Nō obuiū ē
ꝑpluribus. Diſ. Expone. Pa. Intendite. Diſ. Ac prompta mēte. Paf. Sicut eni
maior mūdus ex quatuor cōtrariis elementis: ſed ad votū creatoris: ſecundū
armonicā moderationē cōcordātibus. perficiť. & ita homo: non ſolū ab eiſdē
elemētis: ſed etiā ex magis cōtrariis partibus coaptať. Diſ. Et quid magis
contrariū q̄m elemēta? Paff. Corpus & anima. quia licet illa ſint contraria ta/
men ſunt corporalia. aīa nec mortalis vt corpus. nec corpus ſpiritale vt ani/
ma. Diſ. Ita. Pa. Si tamē dyalecticos ſequimur. nec illa cōtraria eſſe fatemur
Diſci. Et quis poteſt negare? Paf. Qui dyalectice ſcit diſputare. quia vſiæ ni/
hil eſt contrariū. ſed receptatrix eſt contrariorū: Di. Quid ſibi vult quod dixi
ſti? ſecundū armonicā moderationē. Pa. Id ſcilic& quod ſicut preſſi excellen/
teſq; ſoni: armonice cōiuncti: quiddā perficiūt muſicū: ita diſſona elemēta cō
ueniēter cōcordantia vnū perficiūt mundū. Di. Mirū quomodo diſſona con/
cordari. vel cōcordantia poſſint diſſona dici? Pa. Quia nihil ex ſimilibus cō/
poni videť. nec ex his que nulla rationis ꝓportione iunguntť. & a ſe omī ſub
ſtācia: naturaq; diſcreta ſunt. Di. Quid eſt muſica? Pa. Diſciplina vna de phi
loſophiæ quadruuio. Di. Quid eſt hoc quod dicis quadruuiū? Pa. Arithme
tica. Geometrica Muſica Aſtronomica. Di. Cur quadruuiū? Pa. Quia ſicut a
quadruuio ſemite. ita ab vno philoſophiæ pricipio harū diſciplinarū prode
unt ꝓgreſſiones rectæ. Di. Veremur: quiddā inueſtigādo rogitare de tribus
quia ceptæ ſcrupulū diſputatōis capedine mentis vix penetrare quimus. Pa
Difficile captu. Di. Dic nobis de ea ſupficietenus: cuius mentionē in preſen/
ti fecimus. Pa. Perparū dicere ſcio quia heremicolis eſt incognita. Di. Quid
agit? Pa. Muſica? Di. Ipſa. Pa. Diſputat de ſonis. Di. Vtrū eſt vna an plures?
Pa. Tres eſſe dicunť. ſed vnaqueq; ratione ꝓporcionationis alteri ita cōiun/
giť: vt idē quod accidit vni nō deeſt alteri. Di. Et que diſtācia inter tres? Paff.
Prima diciť mūdana ſiue cœleſtis. ſecūda mūdana. tercia que inſtrumētis ex
erceť. Di. In quo cōſtat cœleſtis? Pa. In ſeptē planetis & in celeſti ſpera. Diſc.
Quomō. Pa. Eo videlic& quo illa que in inſtrumētis. quia tot ſpacia pares ꝑ
ductiōes eedē ſimphoniæ repperiunť in his que & in cordis. Di. Quid ſunt
ſpacia? Pa. dimēſiōes que numeranť inter planetas ſiue inter cordas. Di. Et
qd ꝓductiōes? Pa. Idē quod toni. Di. Nec horū noticia nos tāgit. Pa. Tonus

fit ex duobus ſonis & poſſidet rationē epogdoi nu̅eri ſiue ſeſquioctaui. Diſ. Qua̅to velocius prepoſita inueſtiga̅do ſatagimus tra̅ſire: tanto difficiliora no bis no̅ deſinis apponere. Pa. Hoc exigit huiuſmodi diſputatio. Diſ. Ediſſere ſu̅motenus aliqua̅tulu̅ de ſimphoniis quo ſaltim ſciamus ſignificationē nois. Pa. Simphonia dicit̄ modulatio̅is te̅peramentu̅. Diſ. Quare? Pa. Quia nu̅c quatuor. nu̅c quinq̧. nu̅c octo ſonis pficit̄. Diſ. Quia tres eſſe cognoſcimus ſingularu̅ vocabula dinoſcere cupimus. Pa. Prima dicit̄ dyateſſeron quaſi ex quatuor & poſſidet ꝓportionē epitritam ſiue ſeſquitercia̅. Secu̅da dyapente: que co̅ſtat ex quinq̧ & eſt in ratio̅e emiolei ſiue ſeſqualteri. Tercia dyapaſon hec fit in duplo pficit̄q̧ ſonitibus octo. Diſ. Num ſphera & planete ꝓfe ru̅t ſonu̅: vt mereant̄ co̅parationē chordaru̅. Pa. Ac maximu̅. Di. Cur no̅ audit̄? Pa. Multifaria̅ expon̄u̅t. alii autuma̅t no̅ audiri poſſe ꝓpter aſſiduitatē: alii propter aeris ſpiſſitudinē. quida̅ autē feru̅t. ꝙ tanti enormitas ſonitus artos auriu̅ nequeat intrare meatus. ſunt ecia̅ qui dicu̅t ꝙ ſphera ta̅ iocu̅du̅ ta̅ dulcem efferat ſonu̅. vt ſi audiret̄ om̄s in co̅muni hom̄es ſemetipſis neglectis. omibuſq̧ poſtpoſitis ſtudiis ducentē ſonu̅ ab oriente ſequerent̄ in occide̅te̅. Diſ. Preſtat vt no̅ audiat̄. Paff. Hoc a creatore preſciebat̄. Diſ. Sit ſatis de iſta. proſequere de humana. Pa. Quid de illa? Diſ. In quo percipiat̄. Pa. No̅ ſolu̅ vt dixi in co̅pagine corporis & aniæ. necno̅ in emiſſio̅e: nu̅c grauis nunc claræ vocis ſed ecia̅ in pulſibus venaru̅ atq̧ in quorunda̅ me̅ſura membroru̅ ſicut in articulis digitoru̅. in quibus eaſde̅ ꝓportiones me̅ſura̅do repperimus quas in ſimphoniis premiſimus: quia muſica dicit̄ co̅uenie̅cia non ſolu̅ vocu̅ ſed ecia̅ aliarum diſſimiliu̅ rerum: Diſ. Si preſciſſemus ꝙ huiuſmodi nodus queſtionis tam difficilis ad ſoluendu̅ eſſet inſciis: maluiſſemus minore̅ mu̅u̅ dum neſcire q̄m tantu̅ difficultatis ſubire: Pa. Nil officit quod elaboraſtis cu ante ignorata experti eſtis. Diſ. Veru̅ ſed tedet nos philoſophicæ diſputationis: quia neſcimus ſenſu emetiri ſcrupulu̅ tuæ ratio̅is. Paf. Cur me illuditis? q plane ſum neſcius. no̅ phūs. Di. Et vnde tibi hec que nos fatiga̅do ꝓtuliſti? Paf. Tenuem ſcie̅tiæ guttula̅ qua̅ de plenis ſcioru̅ puteis effluente̅ no̅ ad colligendu̅ reſidens: ſed caſu preteriens reperta̅ elambi uobiſcu̅ co̅icare ſtudui. Diſ. Gratulamur tuæ benignitati. ſed terremur ſente̅cia apoſtoli dice̅tis. Na̅ ſtulta mu̅di elegit deus vt co̅funderet ſophiſtica. Pa. Siue ſtultus ſiue ſophiſta pu̅erſa operent̄ co̅fuſione̅ a deo meret̄. Diſ. Ita. Paf. Nec ſciencia ſcibilis deu̅ offendit ſed iniuſticia ſcie̅tis. Diſ. Veru̅. Paf. Et in cuius laude̅ dignius iuſtiuſq̧ ſcie̅cia artiu̅ retorquet̄. q̄m in eius qui ſcibile fecit & ſcienciā dedit. Diſ. In nullius. Pa. Qua̅to eni̅ mirabiliori lege deu̅ om̄ia in numero & menſura & pondere poſuiſſe quis agnoſcit ta̅to in eius amore ardeſcit. Diſ. Nec iniuria. Pa. Sed quid moror in iſtis que nobis minimu̅ afferu̅t delectationis. Diſ. Enuclea nobis cauſam tui meroris: ne diucius fra̅gamur po̅dere curioſitatis. Paf. Si qua̅do experiemini: auditu no̅ delectabimini. Diſ. Haud raro co̅triſtat̄ qui curioſitate̅ ſectat̄ ſed tame̅ ha̅c nequimus ſupare. quia familiaris eſt fragilitati noſtræ. Pa. Queda̅ impudens femina morat̄ in hac patria. Diſ. Res ciuibus piculoſa. Pa. Hec mira̅da prenitet pulcritudine. & horrenda ſordet turpitudine. Diſc. Miſerabile quid vocat̄? Pa. Thais. Diſ. Illa me

retrix? Paſ. Ipſa. Diſ. Eius infamia nulli eſt incognita. Pa. Nec mirū quia nō
dignatᷣ cū paucis ad interitū tendere. ſed prompta eſt oēs lenociniis ſuæ for-
mæ illicere. ſecūqꝫ ad interitū trahere. Di. Lugubre. Pa. Nec ſolum nugaces
vilitatē ſue familiaris rei diſſipant: illā colēdo: ſed etiā prepotētes uiri preci-
oſæ uarietatē ſuppellectilis peſſundāt. nō abſqꝫ ſui damno hāc ditando. Di.
Horreſcimus auditu. Paf. Greges amatorū ad illā confluūt. Di. Seipſos per-
dunt. Pa. Qui amētes? dū ceco corde quis illā adeat cōtendūt. cōuitia conge-
runt. Di. Vnū uiciū parat aliud. Pa. Deinde inito certamine: nūc ora nareſqꝫ
pugnis frāgēdo: nūc armis uiciſſim eiciēdo: decurrētis illuuie ſanguinis ma-
defaciūt limina lupanaris. Di. O nefas deteſtabile. Pa. Hæc iniuria quā de-
fleui factoris. hæc eſt cauſa mei doloris. Di. Merito ſuper hoc cōtriſtaris. nec
dubitamus: quin tecū cōtriſtētᷣ ciues patriæ cœleſtis. Pa. Quid ſi illā adeam
ſub ſpecie amatoris? ſi forte reuocari poſſit ab intentiōe nugacitatis. Di. Qui
tuæ cogitatiōi inſtillauit uelle? ipſe preſtet efficaciā poſſe. Pa. Fulcite me in-
terim precibus aſſiduis: ne ſuperer inſidiis uicioſi ſerpētis. Diſci. Qui regē
proſtrauit tenebricolarū: largiatᷣ tibi cōtra hoſtem triumphū. Pa. Ecce iuue-
nes in foro: illos primū adibo. & ubi hanc quā quero inueniā rogabo. Iuue.
En ignotus quidā nos adit. experiemur qd uelit. Paſſ. Heus iuuenes q eſtis?
Iuue. Vrbicolæ huius ciuitatis. Pa. Auete. Iu. Et tu ſalue. ſiue ſis huiꝰ patriæ
indigena. ſiue aduena. Pa. Aduena nūc aduenio. Iu. Cur aduenis? quid que-
ris? Pa. Nō eſt dicendū. Iu. Quare? Pa. Quia mihi ſecretū. Iu. Melius ut ꝓ-
feras. quia ſi nō es noſtras: difficile poteris aliquod inter nos negociū abſqꝫ
cōſilio ꝑagere incolarū. Pa. Quid ſi dixero? & dicēdo aliquod impedimentū
excitauero? Iu. Nō a nobis. Pa. Lætis ꝓmiſſionibus cedo ueſtræqꝫ fidei cōfi-
dens ſecretū enucleo. Iu. Nihil noſtra de parte infidelitatis. nihil tibi obuia-
bit cōtrarietatis. Pa. Quorundā relatu comperi mulierē ſecus uos cōmorari:
omībus amabilē. omībus aſtabilē. Iuue. Noſti eius nomen? Pa. Noui. Iuu.
Quid vocatᷣ? Paf. Thais. Iu. Ipſa noſtratiū eſt ignis. Paſſ. Ferunt illā mulie-
rē pulcerrimā. omniū eſſe delicatiſſimā. Iu. Qui retulere nihil fefellere. Paſſ.
Ipſius cauſa: difficilis prolixitatē viæ ſurripui. ipſam vt viderē adueni. Iuue.
Nullū tibi obſtat impedimentū eam vidēdi. Pa. Vbi moratᷣ? Iu. Ecce māſio
in proximo. Pa. Hec quā indice proditis? Iu. Ipſa. Pa. Illo pergam. Iu. Si pla-
cet tecū pergemus. Paf. Malo ire ſolus. Iu. Vt libet. Paf. Tu iſtic intro thais?
quā quero. Tha. Quis hic? qui loquitᷣ ignotus? Pa. Amator tuus. Tha. Qui-
cūqꝫ me amare colit. æquā vicem amoris a me recipit. Pa. O thais thais. quā-
ta grauiſſimi itineris currebā ſpacia. quo mihi daretᷣ copia tecū fandi. tuiqꝫ
faciē cōtēplandi. Tha. Nec aſpectū ſubtraho. nec colloquiū denego. Pa. Se-
cretū noſtræ cōfabulationis deſiderat ſolitudinē loci ſecretioris. Tha. Ecce cu-
bile bene ſtratū. & delectabile ad inhabitandū. Pa. Eſt ne hic aliud peniciꝰ
in quo poſſimus colloqui ſecrecius? Tha. Eſt etenī aliud occultū tam ſecretū
vt eius penetral nulli preter me: niſi deo: ſit cognitū. Pa. Cui deo? Tha. Vero.
Pa. Credis illū aliqd ſcire? Tha. Nō neſcio illū nihil latere. Paf. Vtrū ne reris
illū facta prauorū negligere? an ſui æqtatē ſeruare? Th. Eſtimo ipſius eqtatis
lāce ſingulorꝫ merita pēſari. & vnicuiqꝫ ꝓut geſſit ſiue ſuppliciū ſiue premiū

ſeruari. Paſ. O chriſte q̄m mirāda tuæ circa nos benignitatis paciēcia: qui te
ſciētes vides peccare. & tamē tardas perdere. Tha. Cur contremiſcis mutato
colore? Cur fluunt lacrimę? Paſ. Tui preſumptionē horreſco. tui perditionem
defleo. quia hæc noſti. & tātas animas perdidiſti. Tha. Ve ve mihi infœlici.
Paſ. Tanto iuſtius damnaberis: quāto preſumptuoſius ſciēter offendiſti ma
ieſtatē diuinitatis. Th. Heu heu quid agis? quid infœlici minitaris? Pa. Sup/
pliciū tibi imminet gehennæ. ſi ꝑmanebis in ſcelere. Tha. Seueritas tuæ cor
reptionis cōcuſſit penetral pauidi cordis. Paſ. O vtinā eſſes viſceratenus con
cuſſa timore. ne vltra preſumeres periculoſæ delectationi aſſenſum prebere.
Tha. Et quis poſt hec locus peſtiferæ delectatiōi in meo corde poteſt relinq̄?
Vbi ſolū inteſtini meroris amaritudo? conſciiq; reatus noua dominat̄ formi/
do? Paſ. Hoc opto. quo reſectis viciorū ſpinis emergere poſſit lacrima com/
punctiōis. Tha. O ſi crederes: o ſi ſperares: me ſordidulā milies millenis ſor/
diū oblitam offuſcatiōibus: vllatenus poſſe expiari. ſeu vllo cōpunctionis
modo veniā promereri. Paſ. Nullū enim graue peccatū. nullū tam immane
eſt delictum. quod nequeat expiari penitenciæ lacrimis. ſi effectus ſequetur
operis. Tha. Oſtēde queſo mi pater quo effectu operis promereri queā mu
nus recōliationis. Paſ. Contempne ſeculū fuge laſciuorū conſorcia amaſionū
Tha. Et quid mihi tunc erit agendū? Pa. In ſecretū locū ſecedendū. in quo te
ipſam diſcutiendo: poſſis lamentari enormitatē tui delicti. Tha. Si hoc ſpe/
ras proficere. nō addo momentū morulæ. Paſ. Non dubito quin proſit. Th.
Da mihi aliquātuli ſpaciū tempuſculi vt proferā māmonam. quā male col/
lectam diu ſeruaui. Paſ. Ne ſolliciteris pro ea. nō deſunt qui vtent̄ inuenta.
Tha. Nō ob id ſollicitor vt vel mihi ſeruare: vel amicis vellem dare: ſed nec
ægenis conor diſpēſare. quia nō arbitror preciū piaculi aptum eſſe ad opus
beneficii. Paſ. Recte arbitraris: & quid de cōgeſtis actū ire meditaris. Tha.
Igni tradere. & in fauillā redigere. Pa. Quāobrē? Tha. Ne retineant̄ in mū/
do que male adquiſiui. nō abſq; mūdi factoris iniuria. Paſ. O q̄m mutata es
ab illa quæ prius eras. quādo illicito amore flagrabas. auariciæ calore eſtua
bas. Tha. Fortaſſe mutabor in melius ſi annuerit deus. Paſ. Non eſt difficile
immutabili eius ſubſtāciæ res vt libet mutare. Tha. Ibo & que cogitaui ope
cōplebo. Pa. Vade in pace. ciciuſq; ad me reuertere. Th. Cōuenite propera/
mini nequā amatores mei. Amā. Vox thaidis nos vocātis. aduentū mature/
mus: ne illā tardando offendamus. Tha. Accelerate. accedite. vt queam vobi
ſcum verba miſcere. Am. O thais thais quid ſibi vult rogus quē cōſtruis? cur
precioſarū varietatē diuiciarū iuxta rogum cōgeris? Tha. Rogatis? Am. Ad/
miramur ſatis. Tha. Exponā cicius. Am. Hoc optamus. Tha. Aſpicite. Am.
Quieſce quieſce thais: quid agis? num inſanis? Tha. Nō inſanio ſed ſanū ſa/
pio. Am. Vt quid hæc perditio? quadringentarū auri librarū: cum aliarū di/
uerſitate gazarū. Tha. Omne quod iniuſte a vobis extorſi: igne volo cremari
ne vllus fomes vobis relinquat̄ ſperādi: me vltra veſtro amori cedendi. Am.
Subſiſte pauliſper ſubſiſte. & materiā tuæ ꝑturbationis detege. Tha. Non
ſubſiſto. nec ſermonē vobiſcū confero. Aman. Cur dedignando: nos faſtidis?
Num alicuius infidelitatis nos arguis? nōne ſemp ſatiſfecimus tuis votis? &

tu iniquo odio nos gratis inſectaris. Tha. Dimittite: nolite ueſtem meā ad/
trahendo ſcindere. ſit ſatis quod hucuſq; peccādo uobis conſenſi. finis inſtat
peccandi. tēpuſq; noſtri diſcidii. Am. Quo tendis? Tha. Vbi nemo ueſtrum
poſthac me uidebit. Amā. Pape. quid hoc monſtri eſt? ꝙ noſtri deliciæ thais
quæ diuiciis effluere ſemp laborauit. quæ mētē a laſciuia nūquā retraxit: &
ſe uoluptati penitus dedit: tanta auri gemmarūq; inſignia abſq; retractatōe
perdidit. & nos ſui amaſiōes dedignādo ſpreuit. ſubitoq; nō cōparuit. Tha.
En pater paffnuti uenio ad obſequendū tibi promptiſſima. Paf. Quia mo/
ram in ueniēdo feciſti: coartabar nimis: uerēdo te iterū implicitā eſſe ſecula/
ribus negociis. Tha. Ne id uereare: quia multo aliud mihi uerſat̃ in mente
Nam res familiares iuxta uelle meū diſpoſui. meiſq; amaſionibus publice
abrenūciaui. Paf. Quia his abrenūciaſti. ſupno amatori iam nūc poteris co/
pulari. Th. Tuū eſt. mihi uel ut radio preſcribere quid me oporteat factum
ire. Paf. Sequere me. Tha. Sequar enī ambulatione. o utinā ſequerer & acti/
one. Paf. Ecce cenobiū in quo ſacrarū uirginū nobile cōmorat̃ collegiū. eo lo
ci geſtio te manſum ire. agendæ ſpaciū penitēciæ. Tha. Nō cōtraluctor. Paf.
Intrabo & abbatiſſam ductricē uirginum pro tui ſuſceptiōe placabo. Tha.
Quid iubes me interim agere? Paf. Mecū pergere? Tha. Vt iubes. Paf. Ecce
abbatiſſa occurrit. admiror quis illi nos adeſſe tam cito retulerit. Th. Fama
quæ nulla ſtringit̃ mora. Paf. Oportune occurris illuſtris abbatiſſa. teipſam
quero. Abatiſſa. Gratāter aduenis uenerande pater paſnuti. benedictus tui
aduētus dilecte dei. Pa. Beatitudinē æternæ benedictiōis infundat tibi gra
tia omīparētis. Abb. Vnde hoc mihi ut ſanctitas tua dignaret̃ inuiſere exi/
guitatē habitationis meæ. Paf. Opus eſt tuo iuuamine in aliqua ſollicitanda
neceſſitate. Ab. Iube ſolūmodo leui famine: quid me uelis agere. & ego tui
iuſſa cōplere: tuiſq; votis ſtudebo pro uiribus ſatiſfacere. Paf. Attuli capellā
ſemiuiuā. dentibus luporū nuper abſtractā. quā tui miſeratione foueri: tui
ſollicitudine geſtio mederi quoaduſq; abiecta hedinæ pellis auſteritate: oui
ni uelleris induat̃ molliciæ. Abba. Exprime enucleacius Pa. Iſtec quā uides
meretricio more uitā inſtituit. Abba. Miſerabile. Paf. Seſeq; totā laſciuiæ de
dit. Abba. Semetipſam perdidit. Paf. At nunc me hortāte: chriſtoq; coope/
rāte: friuola que ſectabat̃ obediendo refugit. & caſtum ſapit. Abba. Muta/
tionis auctori grates. Paf. Quia enim egritudo animarū: æque & corporum
curāda eſt medelis. conſequēs eſt ut hæc a ſolito ſęculariūq; inquietudine ſe
queſtrata: ſola in anguſta retrudatur cellula. quo liberius poſſit diſcutere ſui
crimina. Abba. Hoc potiſſimū prodeſt. Paf. Manda vt quātocius cellula cō/
ſtruat̃. Abba. Paruo ſpacio perficiet̃. Pa. Nullus introitus nullus relinquat̃
aditus. ſed ſolūmodo exigua feneſtra. per quā modicum poſſit victū accipe/
re: quē ſtatutis diebus & horis illi debes parce prebitū ire. Abba. Vereor ꝙ
delicatæ teneritudo mentis ægre paciat̃ difficultatē tanti laboris. Paf. Ne id
vereare. Nam graue delictū. forte deſiderat ſperare remediū. Abba. Verum
Paf. Tedet me magis morarū. quia timeo illā corrumpi viſitatione hominū.
Abba: Cur tediū pateris? cur illam nō includis? ecce cellula quam deſideraſti
eſt perfecta. Paf. Placet. ingredere thais habitaculū tuis facinoribus deflen/

dis ſatis congruũ. Tha. Quã breue: quã obſcurũ: & quã incomodũ tenellæ
mulieri ad inhabitandũ. Pa. Cur habitaculũ execraris? cur ingredi horreſcis
decet vt quæ hactenus fuiſti indomite vaga: nunc tandẽ in ſolitario refrene/
ris loco. Tha. Mens aſſueta laſciuiæ: haud raro impaciẽs eſt anterioris vitæ
Paf. Ideo debet habenis diſciplinæ ſtringi: quoaduſqꝫ deſinat contraluctari.
Tha. Quod iubet tua paternitas: nõ recuſat ſubitum ire mea vilitas. ſed que
dam inoportunitas ineſt huic habitationi difficilis ad ſufferendũ meæ fragi/
litati. Paf. Quæ hæ importunitas? Tha. Erubeſco dicere. Paf. Ne erubeſcas.
ſed penitus detege. Tha. Quid importunius? quidue poterit eſſe incomodi/
us? qm ꝙ in vno eodemqꝫ loco diuerſa corporis neceſſaria ſupplere debebo.
nec dubiũ: quin ocius fiat inhabitabilis pre nimietate fœtoris. Paf. Formida
perpetis crudelitatẽ gehennæ: & deſine tranſitoria pertimeſcere. Tha. Fragi
litas mei cogit me terreri. Paf. Cõuenit vt malæ blãdimentorũ dulcedinẽ de
lectationis luas moleſtia nimii fœtoris. Tha. Non recuſo. nõ nego me ſordi/
dam: nõ iniuria fœdo ſordidoqꝫ habitatũ ire in tugurio. ſed hoc doleo vehe
mẽcius. ꝙ nullus eſt relictus locus. in quo apte & caſte poſſim tremendæ no
men maieſtatis inuocare. Pa. Et vnde tibi tãta fiducia? vt pollutis labiis. pre
ſumas proferre nomen impollutæ diuinitatis. Tha. Et a quo veniã ſperare?
cuiuſue ſaluari poſſum miseratiõe? ſi ipſum prohibeor inuocare. cui ſoli deli
qui. & cui vni deuotio orationũ debet offerri. Paf. Debes plane orare nõ uer/
bis. ſed lachrimis. nõ ſonoritate tinnulæ uocis. ſed cõpũcti rugitu cordis. Th
Et ſi uetar deum uerbis orare: quomodo poſſum ueniã ſperare? Paf. Tãto ce/
lerius mereberis: quãto perfectius humiliaberis. dic tantũ. qui me plaſmaſti
miſerere mei. Tha. Opus eſt eius miſeratiõe. ne frangar in dubio certamine.
Paf. Certa uiriliter. ut poſſis triumphũ obtinere fœliciter. Tha. Tuum eſt ꝓ
me orare. ut merear palmã uictoriæ. Paf. Nõ opus eſt monitu. Tha. Spero.
Paf. Tempus eſt optatas ſolitudinis repetam latebras. & charos viſitem di/
ſcipulos. tuæ igit̃ ſollicitudini tue pietati: venerabilis abbatiſſa hãc captiuã
cõmitto. vt & corpus delicatũ mediocriter foueas neceſſariis. & animã ſuffi/
ciẽter reficias ſaluberrimis monitis. Abba. Ne ſolliciteris pro ea. quia eã ma
terno affectu fouebo. Paf. Vadam. Abba. In pace. Diſc. Quis pulſat portã?
Paf. Ego. Diſ. Vox pafnucii patris noſtri. Paf. Amouete peſſulũ. Diſ. O pa/
ter ſalue. Paf. Auete. Diſ. Coartabamur nimiũ pro diutina abſencia tui. Paf.
Iuuat ꝙ abfui. Diſ. Quid actum eſt de thaide. Paf. Iuxta meum velle. Diſci.
Vbi morat̃? Paf. In exigua cellula deflet ſui cõmiſſa. Di. Laus ſit ſummæ tri
nitati. Paf. Et benedictũ nomen eius tremendũ nunc & per æuũ. Diſ. Amen
Paf. Ecce tres manſurni penitẽciæ thaidis tranſiere. & ego ignoro vtrũne deo
acceptabilis ſit eius cõpunctio. ſurgam & vadam ad fratrem meum antoniũ
quo mihi manifeſtet̃ per eius interuentũ. Anto. Quid inſperatæ iocũditatis
accidit? quid noui gaudii mihi cõtigit? Num hic ẽ frater: & coheremicula me
us pafnucius? ipſe eſt. Paf. Sum etenim. Ant. Bene frater veniſti. bene me ad
ueniendo letificaſti. Paf. Haud minus tripudio tui viſu: qm tu mei aduentu.
Anto. Quæ hæc cauſa tã acceptabilis? tam grata nobis: quæ te huc duxit de
tuis latibulis? Paf. En valeo. Anto. Hoc deſidero. Pa. Ante hoc trienniũ mo/

rabatur ſecus nos quedā meretrix nomine Thais. que nō ſolū ſeſe perditioni dedit. ſed eciā perplures ſecum ad interitū trahere cōſueuit. Antonius. Heu gemenda cōſuetudo. Paff. Hanc ſub ſpecie amatoris adii. & laſciuientē animū: nūc ſuauibus hortamētis blandiēdo mulcebā. nunc acrioribus monitis minitādo terrebam. Anto. Hoc tēperamentū eius laſciuiæ fuit neceſſarium. Pa. Tandem ceſſit. & ſpræta reprehēſibili conſuetudine: caſtitatē elegit. ſeſeq; in anguſtiſſima cellula cōcludi cōſenſit. Anto. Delector audiēdo intantū. vt omēs precordiorū venæ intrinſecus exiliant gaudendo. Pa. Decet tui ſanctitatē. & ego quidem licet ſupra modum gaudeā de cōuerſione. ſed leui tamen cōturbor ſollicitudine. eo ꝙ vereor eius teneritudinē ægreferre diutinū laborem. Anto. Vbi adeſt vera dilectio: nō deeſt pia compaſſio. Paff. Vnde tuam dilectionē efflagito: vt tu tuiq; diſcipuli: mecū in oratōnibus cōcordādo velitis perſiſtere: quoaduſq; cœlitus demonſtret vtrūne benignitas diuinæ miſerationis ad indulgēciā mollita ſit penitentis lacrimis. Anto. Conſentimus tuæ petitioni libenter. Paf. Nec dubito vos adeo exauditū iri clemēter Ant. Ecce euāgelica promiſſio in nobis eſt impleta. Paf. Quæ hæc ꝓmiſſio? Anto. Ea videlicet quæ cōſencientes in oratione ꝓmiſit oīa impetrare poſſe Paf. Quid eſt? Anto. Paulo meo diſcipulo oſtenſa eſt quædam viſio. Paf. Voca illum. Anto: Paule: accede. & que vidiſti paſnucio expone. Paf. Videbam in viſione lectulū candidulis palliolis in cœlo magnifice ſtratū. cui quatuor ſplendidæ virgines præerant. & quaſi cuſtodiēdo aſtabant. at vbi iocunditatem miræ claritatis aſpiciebam: intra me dicebam. hæc gloria nemini magis congruit q̄m patri & domino meo Antonio. Anto. Tali me nō dignor beatitudine. Paulus. Quo dicto intonuit vox diuina dicens. Non vt ſperas Antonio: ſed thaidi meretrici ſeruāda eſt hæc gloria. Paf. Laus dulcedini tuæ chriſte vnice dei: q mei triſticiā tam pie dignatus es conſolari. Anto. Dignus eſt laudari. Paf. Ibo & mei captiuā viſitabo. Anto. Tēpus eſt vt illi & ſpem veniæ. & ſolamen promittas beatitudinis æternæ. Pa. Thais mea adoptiua filia aperi feneſtrā vt te videam. Tha. Quis loquit? Paf. Paſnucius pater tuus Tha. Vnde mihi iocunditas tantæ leticiæ: vt tu me peccatricē dignareris viſitare. Paf. Licet per hoc trienniū abſens eſſem corpore: haud modicū tamen ſollicitus fui pro tui ſalute. Tha. Nō dubito. Paf. Expone mihi hyſtoriā tuæ couerſationis: modūq; cōpunctiōis. Tha. Hoc poſſum exponere. quod non neſcio me nihil dignū deo ægiſſe. Paf. Si deus iniquitates obſeruabit nemo ſuſtinebit. Tha. Si tamen quid fecerim vis ſcire numeroſitatē meorū ſcelerū: intra conſcienciā quaſi in faſciculū collegi. & pertractādo mēte. ſemp inſpexi quo ſicut naribus nunquā moleſtia fœtoris. ita formido gehennæ nō abeſſet viſibus cordis. Paf. Quia te cōpunctione puniſti. Ideo veniā meruiſti. Tha. O vtinam. Paf. Da manū vt te educam. Tha. Noli pater venerande noli me ſordidulam his immūdiciis abſtrahere. ſed ſine me in loco meis meritis condigno māſum ire. Paf. Tempus eſt vt leuigato timore: incipias vitam ſperare. quia tui penitencia acceptabilis eſt deo. Tha. Eius pietati laudem ferant omnes angeli. quia non ſpreuit humilitatē cordis contriti. Paf. Eſto ſtabilis in dei timore. & permane in eius dilectione. poſt quindecim nanq; dies ho-

minem exues. & tandem fœlici curſu peracto: ſuperna fauente gratia. tranſmigrabis ad aſtra. Tha. O vtinam mererer penas euadere. vel ſaltem clemẽcius exuri miciori igne. non eſt enim hoc mei meriti: vt doner beatitudine interminabili. Paf. Gratuitũ dei donum non penſat humanũ meritum. quia ſi meritis tribueret: gratia non diceret. Tha. Vnde laudet illum cœli cõcentus omiſq terræ ſurculus necnõ vniuerſæ animalis ſpecies. atq confuſæ aquarũ gurgites. qui nõ ſolum peccantes patitur: ſed eciã penitentibus præmia gratis largitur. Paf. Hoc illi antiquitus fuit in more: vt mallet miſereri quã ferire Tha. Noli abire pater venerabilis. ſed adeſto mihi pro ſolacio in hora meæ diſſolutionis. Paf. Non abeo: ſed diſcedo: donec anima ſuper æthera plaudẽte: corpus tradam ſepulturæ. Tha. En incipio mori. Pafnu. Nunc eſt tempus orandi. Tha. Qui plaſmaſti me miſerere mei. & fac fœlici reditu ad te reuerti animam quam inſpiraſti. Paffnucius. Qui factus a nullo: vere es ſine materia forma. Cuius ſimplex eſſe hominem qui non eſt id quod eſt: ex hoc & hoc fecit conſiſtere. da diuerſas partes huius ſoluendi hominis: proſpere repetere principiũ ſui originis. quo & anima cœlitus indita: cœleſtibus gaudiis intermiſceatur. & corpus in molli gremio terræ ſuæ materiæ pacifice foueatur. quoaduſq puluerea fauilla coeunte. & viuaci flatu rediui uos artus iterum intrante. hæc eadem Thais reſurgat perfecta. vt fuit homo inter candidulas oues collocanda. & in gaudiũ æternitatis inducẽda. tu qui ſolus ĩd quod es in vnitate trinitatis regnas & gloriaris per infinita ſeculorum ſecula. AMEN.

Finis Paffnucii.

COM·SEXTA FIDES SPES ET CHARITAS



ARGVMENTVM IN SAPIENCIAM.

Paſſio ſanctarũ virginũ Fidei. Spei. & Charitatis. quas earundē venerãda genitrice Sapiēcia præſente: & maternis admonitõnibus. ad tollerandas paſſiones hortante: Adrianus imperator diuerſis ſuppliciis interfecit. quarum eciã corpora martyrio cõſumata: ſancta mater Sapiēcia collegit. & aromatibus condita quito ab vrbe roma miliario honorifice ſepeliuit. Ipſa quoq; quadrageſima die iuxta earũ ſepulcra: finita oratione ſacra. ſpiritũ premiſit cœlo.

Antiochus Adrianus Sapiencia Fides Spes
& Charitas Matrone. Interlocutores.

ANTIOCHVS.

Vum igit̃ eſſe o Imperator Adriane: proſperis ad vota ſucceſſionibus pollere. tuiq; statũ imperii fœliciter abſq; perturbatiõe exoptãs vigere. quicquid rempublicã cõfundere: quicquid trãquillũ mentis reor vulnerare poſſe: quãtocius diuelli. penituſq; cupio labefactari. Adri. Nec iniuria nã noſtri pſperitas: tui eſt fœlicitas. cum ſummos dignitatis gradus indies tibi augere nõ deſiſtimus. Anti. Cõgratulor tuæ almitati. vnde ſi quid experior emergere: quod tuo potentatui videt̃ cõtraluctari: nõ occulo. ſed impaciẽs moræ pfero. Adri. Et merito. ne reus maieſtatis eſſe arguaris: ſi nõ celanda celaueris. Anti. Huiuſmodi cõmiſſo reatus nunquã fui obnoxius. Adr. Memini. ſed profer ſi quid ſcias noui. Anti. Quædã aduena mulier hanc vrbẽ nuper intrauit comitata proprii fœtus puſiolis tribus. Adri. Cuius ſexus ſunt puſioli? Anti. Omẽs fœminei. Adr. Nũquid tantillarũ aduẽtus muliercularũ aliquid reipublicæ adducere poterit detrimentũ? Anti. Permagnũ. Adria. Quod? Anti. Pacis defectũ. Adri. Quo pacto? Ant. Et quid magis poteſt rũpere ciuilis cõcordiã pacis: quã diſſonãcia obſeruatiõis. Adr. Mihil grauius. nihil deterius. quod teſtat̃ orbis romanus qui vndiqueſſecus chriſtianæ cædis ſorde eſt infectus. Anti. Hec igit̃ fœmina: cuius mẽtionẽ facio: hortat̃. noſtrates auitos ritus deſerere & chriſtianæ religioni ſe dedere. Adri. Num preualet hortamentũ? Anti. Nimiũ. Nam noſtri cõiuges faſtidiẽdo nos cõtempnũt. adeo vt dedignant̃ nobiſcũ comedere. quãto minus dormire. Adri. Fateor periculũ. Anti. Decet tui perſonã precauere. Adri. Conſequẽs. aduocet̃. & in noſtri preſencia an velit cedere diſcuciat̃. Anti. Vin me illã aduocare? Adri. Volo pcerte. Anti. Quid vocaris o mulier aduena? Sapi: Sapiẽcia. Anti. Imperator adrianus iuſſit te in pallacio preſentari ſuis cõſpectibus. Sa. Pallaciũ cũ nobili filiarũ comitatu intrare nõ trepido. & minacẽ imperatoris uultũ cominus aſpicere nõ formido. Anti. Inuiſum genus chriſticolarũ. ſemp promptũ eſt principibus ad reſiſtendũ. Sap. Princeps uniuerſitatis: q neſcit uinci: nõ patit̃ ſuos ab hoſte ſuperari. Anti. Mitiga effluenciã uerborũ. & perge ad pallaciũ. Sa. Mõſtra uiam preeundo. nos ſubſequimur accelerãdo. Anti. Hic ipſe eſt imperator: quem in ſolio reſidentẽ conſpicis. precogita quid loquaris. Sapien. Hoc prohibet chriſti ſentencia. promittens nobis inſuperabilis ſapienciæ dona. Adr. Huc ades antioche. Antiochus. Preſto ſum domine. Adrianus. Nunquid

hæ ſunt mulierculæ quas deferebas ꝓ chriſtiana religione. Anti. Sunt plane
Adri. Vniuſcuiuſqꝫ pulcritudinē obſtupeſco. ſed & honeſtatē habitus ſatis
admirari nequeo. Anti. Deſine o mi ſenior admirari. & coge illas deos vene-
rari. Adri. Quid ſi illas primule aggrediar. blāda alloquutiōe? ſi forte velint
cedere. Anti. Melius eſt. nam fragilitas ſexus fœminei facilius poteſt blandi
mētis molliri. Adri. Illuſtris matrona: blande & quiete ad culturā deorum te
inuito: quo noſtra pfrui poſſis amicicia. Sap. Nec in cultura deorū tuis votis
ſatiſfacere: nec amicciiā geſtio inire. Adr. Adhuc mitigato furore: nulla in te
moueor indignatione. Sed pro tua tuiqꝫ filiarū ſalute: paterno ſollicitor amo
re. Sapi. Nolite meæ filiæ ſerpentinis huius ſathanæ lenociniis cor appone-
re. ſed meatim faſtidite. Fides. Faſtidimus. & animo contempnimus friuola.
Adria. Quid murmurando loqueris? Sapi. Filias affabar paucis. Adria. Vi-
deris eſſe ſummis natalibus orta. ſed tamen patriā. genus: nomēqꝫ tuū ex te
plenius cupio ediſcere. Sapi. Licet ſanguinis ſuperbia nobis ſit paruipendē
da: tamen clara ex ſtirpe me originē nō nego trahere? Adria. Credibile. Sa.
Nam eminentiores græciæ principes fuere mei parentes. & vocor ſapiencia.
Adri. Claritas ingenuitatis rutilat in facie. & ſapiēcia nominis fulget in ore.
Sapi. Fruſtra blandiris. nō flectimur tuis ſuadelis. Adri. Dic cur adueneris:
vel quare noſtrates adires? Sapi: Nullius alius rei: niſi agnoſcende veritatis
cauſa. quo fidem quam expugnatis: plenius ediſcerē. filiaſqꝫ meas chriſto cō
ſecrarē. Adria. Expone vocabula ſingularū. Sapiē. Vna vocat̄ Fides. altera
Spes. tercia Charitas. Adria. Quot annos voluerūt? Sapi. Placet ne vobis o
filiæ vt hunc ſtultū arithmetica fatigem diſputatiōe? Fides. Placet mater: noſ-
qꝫ auditum prebemus libenter. Sapi. O imperatot ſi ætatē inquiris paruula
rum. Charitas imminutū pariter parem manſurnorū cōpleuit numerū. Spes
autē æque imminutū: ſed pariter imparem. Fides vero ſuperfluū impariter
parem Adria. Tali reſpōſione feciſti me que interrogabā minime agnoſcere
Sapi. Nec mirū. quia ſub huius diffinitionis ſpecie: nō vnus cadit numerus
ſed plures. Adria. Expone enucleacius. alioquin nō capit meus animus. Sa.
Charitas duas olympiades iam voluit. Spes duo luſtra. Fides tres olympia
des. Adria. Et cur octonarius numerus (qui duabus cōſtat olympiadibus)
& denarius) qui duobus luſtris perficit̄.) imminutus dicit̄? vel quare duo-
denarius (qui tribus olympiadibus impletur.) ſuperfluus eſſe aſſerit̄? Sa.
Omīs nanqꝫ numerus imminutus dicit̄: cuius partes coniunctæ minorē illo
numero: cuius partes ſunt: ſummæ quātitatē reddunt. vt octo. Eſt autē octo-
narii medietas quatuor. pars quarta duo. pars octaua vnū. quæ in vnum re-
dactæ ſeptem reddunt. Similiter denarius habet dimidiam partem quinqꝫ.
Quintam autē duo. decimā vero vnum. quæ ſimul copulatæ octo colligunt.
econtrario autem ſuperfluus dicitur. cuius partes augendo creſcunt. ut duo-
decim. Eſt enim duodenarii medietas ſex. pars tercia quatuor. pars quarta
tria? pars ſexta duo. pars duodecima unum. Hic cumulus redundat in ſede-
cim. Vt autem principalem non prætereā: qui inter inæquales intemperan-
cias: medii temperamentum limitis ſortitus eſt. ille numerus perfectus di-
citur. qui ſuis æquis partibus nec augetur nec minuitur: ut ſex cuius

partes.id eſt tria duo vnū:eūdē ſenariū reſtituūt.Simili quoqꝫ ratiōe vigin
tiocto: quadrīgentanonagintaſex : octomiliacentūvigintiocto pfecti dicūť
Adri.Et quid reliqui?Sapi.Omnes ſuperflui ſiue imminuti.Adri. Quis nu
numerus pariter par?Sapi.Qui poteſt in duo æqualia diuidi. eiuſqꝫ pars in
duo æqualia.partiſqꝫ pars in duo æqualia.ac deinceps per ordinē donec in/
ſecabilem incurrat vnitatē. vt octo & ſedecim.omēſqꝫ qui ab his in duplo fi/
unt.Adri.Et quis eſt pariter impar? Sapi. Qui in partes æquales recipit ſe/
ctionē:eiuſqꝫ partes mox indiuiſibiles permanebūt. vt decē & omēs qui ab
imparibus in duplo fiunt?Hic nāqꝫ numerus ſuperiori eſt cōtrarius : quia in
illo ſolus minor terminus diuiſione eſt ſolutus.In iſto autē ſolus maior termi
nus diuiſioni eſt aptus. in illo quoqꝫ omēs eius partes nomine & quantitate
ſunt pariter pares.in iſto autem ſi denomīatio fuerit par.quantitas impar. ſi
quantitas par denominatio impar.Adria. Nec terminū quē dixiſti agnoſco.
nec denominationē ſeu quantitatē ſcio. Sapi.Quando quātilibet numeri di
geſtim diſponunť:primus minor terminus:& poſtremus maior diciť. quan
do autē diuiſionē faciendo:quota pars ſit numeri dicimus:denomīationē fa/
cimus.cum autē quot in vnaquaqꝫ parte ſint enumeramus.quantitatē expo/
nimus.Adria.Et quis eſt impariter par?Sapi.Qui nō ſolū vnā recipit ſectio
nem:ſicut pariter par:ſed eciā & ſecundā: aliquociens autē & terciā:vel plu/
res:ſed tamen vſqꝫ ad indiuiſibilē non peruenit vnitatē. Adria. O quā ſcru/
puloſa & plexibilis queſtio ex iſtarū ætate infantularū eſt orta:Sap. In hoc
laudanda eſt ſupereminēs factoris ſapiencia.& mira mundi artificis ſciēcia:
qui nō ſolum in principio mundū creans ex nihilo.omīa in numero & men/
ſura & pondere poſuit. Sed eciā in ſuccedentiū ſerie temporū & in ætatibus
hominū mirā dedit inuenire poſſe ſcienciā artium.Adria. Diu te ſuſtinui ra/
tiocinantē.quo te mihi efficerē obtemperantē.Sapi.In quo? Adri.In cultura
deorum.Sapi.In hoc vtiqꝫ nō conſentio.Adria.Si reniteris:tormentis afficie
ris.Sapi.Corpus quidē ſuppliciis laceſſere poteris . ſed animū ad cedēdum
compellere nō preualebis.Anti.Dies abiit.nox incumbit.nō eſt tempus al/
tercandi.quia inſtat hora cenandi.Adria.In cuſtodiā iuxta pallaciū ponanť
& triduanæ induciæ illis ad tractandum præſtentur.Ant. Obſeruate iſtas o
milites omni ſollicitudine.nullamqꝫ illis occaſionē euadendi relinquite . Sa.
O dulces filiolæ: & charæ puſiolæ.nolite ſuper carceralis anguſtia cuſtodiæ
contriſtari:nolite imminentiū minis pænarū terreri:Fid.Licet corpuſcula pa
ueſcant ad tormenta.mens tamen gliſcit ad premia.Sapi.Vincite infantilis
teneritudinē ætatulæ:maturi ſenſus fortitudine Spes.Tuū eſt nos precibus
adiuuare:vt poſſimus vincere.Sapi.Hoc indeſinēter exoro.hoc efflagito. vt
perſeueretis in fide.quā inter ipſa crepundia veſtris ſenſibus nō deſiſtebam
inſtillare . Charitas. Quod ſugentes vbera in cunabulis didicimus:nullate/
nus obliuiſci quibimus . Sapientia . Ad hoc vos materno lacte affluenter
alui . ad hoc delicate nutriui . vt vos cœleſti : non terreno : ſponſo trade/
rem quo veſtri cauſa ſocrus æterni regis dici meruiſſem . Fides . Pro ipſius
amore ſponſi promptæ ſumus mori . Sapiencia . Delector ex veſtra ratione
o filiæ : magis quam nectareæ dulcedinis guſtamine . Spes . Præmitte nos

ante tribunal iudicis. & experieris quātū eius amor nobis attulit temeritatis
Sapi. Hoc exopto: vt veſtra virginitate coroner. vt veſtro martyrio glorificer
Cha. Conſertis palmulis incedamus. & vultū tiranni cōfundam9. Sa. Expe
ctate: donec inſtet hora vocatiōis noſtræ. Fid. Tedet nos morarū. tamē eſt ex
pectandū. Adria. Antioche iube illas græculas nobis repreſentari captiuas
Anti. Procede ſapiētia teq; cū filiabus īpatori repreſenta. Sap. Pergite me/
cum filiæ cōſtanter. & pſeuerate in fide vnanimiter. vt poſſitis palmā perci/
pere fœliciter. Spes. Pergimus. ipſeq; nobiſcū comitet᷑: pro cuius amore ad
mortē ducemur. Adri. Triduanas vobis inducias preſtabat noſtri ſerenitas.
vnde ſi quid tractaueritis vtilitatis: cedite iuſſiōibus noſtris. Sapi. Summū
igit᷑ vtile tractauimus. id ſcilicet: vt nō cedamus. Ant. Cur dignaris cum hac
cōtumace verba miſcere. quæ te inſolēti fatigat preſumptiōe? Adr. Debeo ne
illam dimittere impunitā? Anti. Nequaquā. Adri. Et quid? Anti. Hortare pu
ellulas. & ſi renitant᷑: infanciæ ne parcas. ſed fac vt ille necent᷑. quo rebellis
mater funeribus natarū acrius torqueat᷑. Adria. Faciā que hortaris. Anti. Ita
demū preualebis. Adri. Fides: intuere venerabilē magnæ dianæ ymaginem
& fer ſacræ deæ libamina. quo poſſis vti eius gratia: Fides. O ſtultū impera/
toris preceptū: omni cōtemptu dignū. Adri. Quid murmuras ſubſannādo?
quē irrides fronte rugoſa? Fides. Tui ſtulticiā irrideo. tui inſipientiā ſubſan/
no. Adri. Mei? Fides. Tui. Anti. Imperatoris? Fid. Ipſius. Anti. O nefas. Fid
Quid enī ſtultius? quid inſipiēcius videri poteſt? qm ꝙ hortat᷑ nos contemp
to creatore vniuerſitatis: venerationē inferre metallis. Anti. Nōne hæc ſūma
inſania & magna eſt demencia. ꝙ rerū principem dixiſti inſipientē? Fides.
Dixi. & dico. dicamq; q̄mdiu vixero. Anti. Breue tēpus viuere: & cito debes
conſumi morte. Fides: Hoc opto. vt moriar in chriſto. Adri. Duodecim cētu/
riones alternādo ſcindant flagris eius membra. Anti. Nec iniuria. Adria. O
fortiſſimi cēturiones accedite. meiq; iniuriā vindicate. Anti. Iuſtum. Adr. Per
quire antioche an ne velit cedere. Anti. Vin adhuc fides ſolita cōuiciorū ob/
iectione imperatorē dehoneſtare? Fides. Cur ſolito minus? Anti. Quia pro/
hiberis verberibus. Fides. Verbera nō cōpellunt me tacere. quia nullo affici
or dolore. Anti. O infœlix ptinacia. o cōtumax audacia. Adr. Corpus fatiſcit
per ſupplicia. & mens tumet ſuperbia. Fid. Erras adriane: ſi reris me fatiga/
ri ſuppliciis. nō ego quidem ſed infirmi tortores deficiūt. & ſudore ob laſſitu
dinē fluunt. Adria. Fac antioche vt gemellæ pectoris particule abſcindant᷑
quo ſaltim rubore coerceat᷑. Anti. O utinā poſſit ullo coerceri modo. Adria.
Forſitan coercebit᷑. Fides. Inuiolatū pectus uulneraſti. ſed me non leſiſti. en
pro fonte ſanguinis unda erumpit lactis. Adria. In craticulā ſubſtratis igni/
bus aſſanda ponat᷑. quo ui uaporis enecet᷑. Anti. Digna eſt ut miſerabiliter
pereat: quæ tuæ iuſſioni cōtraluctari nō trepidat. Fides. Omne quod paras
ad dolorē. mihi uertit᷑ in quietem. unde cōmode pauſo in craticula: ceu in trā
quilla nauicula. Adr. Sartago plena pice & cera ardentibus rogis ſuperpo/
nat᷑. & in feruētē liquorē hæc rebellis mittat᷑. Fid. Sponte inſilio. Adri. Con
ſencio. Fides. Vbi ſunt minæ tuæ? ecce illeſa inter feruētē liquorē ludēs nato.
& p ui caumatis: ſencio matutini refrigeriū roris. Ad. Antioche quid ad hec

eſt agendū? Anti. Ne euadat prouidendū. Adri. Capite truncetᷣ. Anti. Alio/
quin non vincetᷣ. Fides. Nunc eſt gaudendū. nunc in domino exultandum.
Sapi. Chriſte triūphator dyaboli inuictiſſime da tolleranciā fidei meæ filiæ
Fides. O mater venerāda dic vale vltimū tuæ filiæ. liba oſculū tuæ primoge
nitæ. nec afficiare ullo merore cordis. quia tendo ad brauiū æternitatis. Sa.
Filia filia nō cōfundor. nō cōtriſtor. ſed valedico tibi exultando. & oſculor os
oculoſqꝫ pre gaudio lacrimādo. orans ut ſub ictu ꝑcuſſoris inuiolatū ſerues
myſteriū tui noīs? Fid. O uterinæ ſorores libate mihi oſculū pacis. & parate
uos ad tolleranciā futuri certaminis. Spes. Adiuua nos orõne aſſidua. ut me
reamur ſequi tua ueſtigia. Fid. Eſte obtēperantes monitis noſtre ſancte parē
tis. quæ nos hortabatᷣ preſencia faſtidire. quo meruiſſemus æterna ꝑcipere.
Ch. maternis libēter obtpamꝰ monitis: quo ꝑfrui mereamur æternis bonis
Fid. Percuſſor accede. & iniunctū tibi officiū me necādo imple. Sa. Abſciſū
moriētis filie caput amplectēdo: impreſſiſqꝫ labris crebrius deoſculādo: con
gratulor tibi chriſte. qui tantillule victoriā preſtitiſti puellæ. Adr. Spes cede
meis hortamētis. paterno affectu tibi cōſulentis. Spes. Quid hortaris? quid
cōſulis? Adr. Vt caueas pertinaciā imitari ſororis. ne ſimilibꝰ intereas pœnis
Spes. O vtinā admeruiſſem illā imitari paciēdo. quo illi aſſimilarer in præ/
mio. Ad. Depone callū pectoris. & cōquiniſce thurificādo magnæ dianæ. &
ego te propriæ ꝓlis vice excolo: atqꝫ extollo omni dilectiōe. Sp. Paternitatē
tuā repudio. tua beneficia minime deſidero. quapropter vacua ſpe deciperis
ſi me tibi cedere reris. Adri. Loquere parcius ne iraſcar: Sp. Iraſcere: nec ſol/
licitor. Anti. Miror auguſte. quid ab hac vili puellula tamdiu calūpniari pa
teris. ego quidē diſrūpor pre furore. quia illā audio tam temere in te latrare.
Adri. Hactenus infanciæ parcebā. ultra nō parcam. ſed meritā vltionē infe/
ram. Ant. O vtinā. Adri. O lictores adite & hanc rebellē: vſqꝫ ad internitio/
nem crudis neruis cedite. Anti. Decet vt ſeueritatē ſenciat tui furoris. quia le
nitatē paruipendit pietatis. Spes. Hanc pietatē exopto. hāc lenitatē deſide
ro. Anti. O ſapiencia quid murmurādo loqueris? ſtans ſubleuatis oculis: iu/
xta cadauer extinctæ prolis. Sapi. Inuoco omīparentē: quo eandē tollerāciæ
perſeuerāciā: quā preſtitit fidei: preſtet & ſpei. Spes. O mater mater. q̄m effi
caces: q̄m exaudibiles experior eſſe tui preces. ecce te orante: anheli tortores
leuatis dextris librant ictum. & ego nullū doloris ſencio tactum. Adri. Si fla
gra paruipendis: acrioribus pœnis coartaberis. Spes. Infer infer quicq̄d cru
dele. quicquid excogites letale. quāto plus ſeuis: tantomagis victus confun
deris. Adri. In aera ſuſpendatᷣ & vngulis laceretᷣ. quoaduſqꝫ euulſis viſceri/
bus & nudatis oſſibus deficiet. & mēbratim ſcrepat. Anti. Imperialis iuſſio.
& cōgrua ſatis vlcio. Spes. Vulpina fraude loqueris. & verſipelli aſtucia an
tiochi adularis. Anti. Quieſce infœlix. verboſitas tua nunc eſt finienda. Sp.
Non vt ſperas euenerit. ſed tibi tuoqꝫ principi nunc eciā cōfuſio aderit. Adr.
Quid ſencio noue dulcedinis? quid odoro ſtupēde ſuauitatis? Sp. Decidēcia
fruſta mei lacerati corꝑis: dant fragrāciā paradiſiaci aromatis. quo nolēs co
geris fateri: me nō poſſe ſuppliciis ledi. Adr. Antioche q̄d enī mihi eſt agen
dū? An. Nouis cruciatibus incūbendū. Ad. Aeneū vas. plenū oleo & adipe

cera atq; pice ignibus ſuperponat'.in quod ligata proiciat'. Anti.Si in ius
vulcani tradet' forſitan euadendi aditum nõ nãciſcet'.Spes. Hec virtus chri
ſto nõ eſt inſolita:vt ignẽ faciat miteſcere mutata natura: Adri. Quid audio
anthioche velut ſonitũ inundãtis aquæ. Ant.Heu heu domine.Adri.Quid
contigit nobis?Anti.Ebuliens feruor cõfracto vaſe miniſtros cõbuſſit. & il/
la malefica illeſa cõparuit.Adri.Fateor victi ſumus.Anti.Penitus.Adri.Ca
put abſcindat'.Adri.Alias nõ abſumet':Sp. O charitas dilecta. o ſoror vni
ca ne formides tiranni minas.ne trepides ad penas.nitere: cõſtanti fide ími
tari ſorores ad cœli pallaciũ præcedẽtes.Cha.Tedet me vitæ preſentis.tedet
terrenæ habitatiõis.quod ſaltim ad modicũ temporis ſeparor a vobis. Spes
Depone tediũ.& tende ad præmiũ.nõ enĩ diu ſeparabimur:ſed ocius in cœ
lo cõiũgemur.Cha.Fiat fiat.Spes.Euge mater illuſtris gaude. nec tangaris
de mei paſſione:materni affectus dolore.ſed prefer ſpem merori: cũ me vi/
deas pro chriſto mori.Sapi.Nunc quidẽ gaudeo.ſed tunc tandẽ perfecte ex
ultans gaudebo:quãdo tui ſororculã pari conditione extinctã cœlo premiſe
ro.& ego ſubſequar poſtrema.Spes.Perennis trinitas reſtituet tibi in æuum
plenũ abſq; diminutiõe filiarũ numerũ.Sapi.Cõfortare filia. ꝑcuſſor inua/
dit nos euaginato gladio. Sp. Libens excipio gladiũ.Tu chriſte ſuſcipe ſpi
ritũ:pro tui cõfeſſione nomĩs eiectum de habitaculo corporis.Sapi.O chari
tas ſoboles inclita.ſpes vteri mei vnica.ne cõtriſtes matrẽ: bonã tui certami/
nis conſumationẽ expectãtem.ſed ſperne preſens utile. quo ꝑuenias ad gau
diũ intermĩabile.quo tui germanæ fulgẽt coronis illibatæ uirginitatis.Cha.
Fulci me mater precibus ſacris.quatenus merear intereſſe aliarum gaudijs.
Sapi.Exoro te finetenus.in fide ſolidatũ iri nec dubito tibi perenne tripudi
um donatũ iri.Adr.Charitas.ſaturatus cõuiciis tui ſororũ. nimiũq; exacer/
batus ſum prolixa ratione earũ.unde diu tecũ nõ contẽdo.ſed uel obtempe/
rantẽ mei uotis ditabo omĩbus bonis.uel contraluctantẽ afficiã malis. Cha.
Bonũ cordetenus amplector.& malũ omnino deteſtor.Adri.Hoc tibi potiſ/
ſimũ ſalubre mihiq; eſt placabile.ideoq; leue quiddã tibi prepono meæ pie
tatis gratia.Cha.Quid?Adri.Dic tantũ magna dyana.& ego ultra ad ſacri/
ficandũ te nõ compello.Cha.Percerte nõ dico.Adri.Quare?Cha.Quia mẽ/
tiri no o.ego quidẽ & ſorores meæ eiſdem parẽtibus genitæ.hiſdẽ ſacramen
tis imbutæ ſumus.una eadẽq; fidei cõſtancia roborate. quapropter ſcito nõ/
ſtrũ uelle.noſtrũ cõſentire:noſtrũ ſapere. unũ idemq; eſſe.nec me in ullo un
quã illis diſſidere.Adri. O iniuria quod a tantilla etiã cõtempnor homullu/
la.Cha/Licet tenella ſim ætate tamen gnara ſum te argumẽtoſe confundere.
Adri.Abſtrahe illã Antioche & fac ut ſuſpẽſa in eculeo atrociter uerberetur.
Anti.Vereor ꝙ uerbera nõ preualeant.Adria.Si nõ preualeant:iube tribus
cõtinuis diebus ac noctibus fornacẽ ſuccendi.& illã inter bachãtes flammas
proici.Cha. O iudicẽ impotentẽ. qui diffidit ſe abſq; armis igniũ octennem
infantẽ ſuperare poſſe.Adri.Abi antioche.& iniunctũ officiũ perfice.Cha.
Seuiciæ quidem tuæ ſatiffaciendo parebit.ſed me minime nocebit. quia nec
uerbera mei corpuſculũ lacerare. nec flãmæ comam uel ueſtes poterunt ob/
fuſcare.Adri.Experiet'.Cha.Experiat'.Adri.Antioche quid pateris?cur tri/

ſtior ſolito regrederis? Anti. Quãdo cauſam triſticiæ experieris. haud minus
cõtriſteris. Adri. Dic ne celes. Anti. Illa laſciua. quã mihi cruciandã tradidi/
ſti puellula me preſente flagellabať. ſed ne tenuis quidẽ cutis ſummotenus
diſrumpebať. Deinde proieci illã in fornacẽ: igneũ colorẽ pre nimio ardore
exprimentẽ. Adri. Cur diſſimulas loqui? expone exitũ rei. Anti. Flamma eru
pit & quinq; milia hominũ combuſſit. Adri. Et quid cõtigit illi? Anti. Chari/
tati? Adri. Ipſi. Anti. Ludens inter flãmiuomos vapores vagabať. & illa lau
des deo ſuo pangebat. illi eciã qui diligenter inſpexere ferebãt tres candidu
los viros cũ illa deambulaſſe. Adr. Erubeſco illã vltra videre. quia nequeo il
lam ledere. Anti. Reſtat vt perimať gladio. Adri. Hoc fiat abſq; mora. Anti.
Detege duram charitas ceruicẽ: & ſuſtine pcuſſoris enſem. Cha. In hoc nõ re
nitor tui votis: ſed libens pareo iuſſis. Sapi. Nunc uũc filia gratulandũ. nũc
in chriſto eſt gaudendũ. nec eſt que mordeat cura. quia ſecura ſum de tua vi/
ctoria. Cha. Imprime mihi mater oſculũ. & cõmenda iturũ chriſto ſpiritum.
Sapi. Qui te in meo vtero viuificauit: ipſe ſuſcipiat animã: quam cœlitus in
ſpirauit. Cha. Tibi chriſte gloria qui me ad te vocaſti: cum martyrii palma.
Sapi. Vale proles dulciſſima. & cum chriſto iungeris in cœlo: memento ma
tris iã matronæ effectæ te parietis. Cõuenite illuſtres matronæ: & mearũ ca
dauera filiarũ mecũ ſepelite. Matrone. Corpuſcula aromatibus condimus:
& exequias honorifice celebramus. Sap. Grandis benignitas & mira pietas
quã mihi impenditis. meiq; mortuis. Matro. Que tibi ſunt cõmoda exequi/
mur mente deuota. Sapi. Non dubito. Matro. Vbi vis eligere locum ſepul/
turæ? Sap. Tercio miliario ab urbe. ſi uobis nõ diſplicet prolixitas. Matro.
Non diſplicet. ſed elata funera ſequi placet. Sapi. Ecce locus. Matro. Hic nẽ/
pe ſeruandis reliquiis eſt aptus. Sapi. Floſculos uteri mei tibi terra ſeruãdos
cõmitto: quos tu materiali ſinu foueto: donec in reſurrectiõe maiori reuiride
ſcant gloria. & tu chriſte animas interim imple ſplẽdoribus: dans pacificam
requiẽ oſſibus. Matro. Amen. Sapi. Grates ueſtræ humanitati pro ſolamine
quod cõtuliſtis meæ orbitati. Matro. Vtrũne uis nos hic tecũ morari. Sapi.
Non. Matro. Cur non? Sapi. Ne ex meo cõmodo uobis ingerať moleſtia. ſit
ſatis ꝙ tres noctes mecum pmanſiſtis. abite in pace. reuertimini cum ſalute.
Matro. Vis nobiſcũ abire? Sapi. Minime. Matro. Et quid meditaris agere?
Sapi. Hic remanere ſi forte ueniat mea peticio & impleatur quod deſidero.
Matro. Quid petis? quid deſideras? Sapi. Id ſolũmodo ut oratione cõpleta
moriar in chriſto. Matro. Reſtat ut expectemus donec & te ſepulturæ trada/
mus. Vt libet. Adonay emanuel. quẽ retro tempora diuinitas edidit omĩpa
rentis & in tempore uirginitas genuit matris q ex duabus naturis unus chri
ſtus mirifice conſiſtis. nec diuerſitate naturarũ vnitatẽ perſonæ diuidens. nec
unitate perſonæ diuerſitatẽ naturarũ cõfundens: tibi iubilet iocunda ſereni/
tas angelorũ. dulciſq; armonia ſyderum. te quoq; collaudet tocius ſcibilis rei
ſciencia. omneq; quod ex elementorũ formať materia. quia tu qui ſolus cum
patre & ſpirituſancto es forma ſine materia: ex patris uolũtate & ſpirituſſan
cti cooperatione nõ reſpuiſti fieri homo paſſibilis humanitate: Salua diui/

nitatis paſſibilitate. & ut nullus in te credentiū periret ſed omīs fidelis æter/
naliter viueret: mortem noſtram nō dedignatus es guſtare: tuaq̄ʒ reſurrectio/
ne cōſumere. Te eciam perfectum deum hominēq̄ʒ verum recolo promiſiſſe
omnibus qui pro tui nominis veneratione vel terrenæ vſum poſſeſſionis re/
linquerēt vel carnalium affectum propinquorū poſtponerēt: centenæ viciſſi
tudine mercedis recompenſari. & æternæ brauio vitæ debere donari huius
ſpe animata promiſſi: feci quod iuſſiſti: ſponte amittens ſoboles quas pepe/
ri. Vnde tu pie promiſſa ſoluere ne moreris. ſed fac me quātocius abſolutā
corporeis vinculis ex receptione filiarū letificari. quas pro te mactandas ob
tuliſſe non diſtuli. quo te illis agnum virginis ſequentibus & nouū canticum
modulantibus ego iocunder audiendo. illarumq̄ʒ letificer gloria. & quam/
uis non poſſim canticū uirginitaris dicere: te tamen cum illis merear æterna
liter laudare. qui nō ipſe qui pater: ſed idem es quod pater. cū quo & ſpiritu/
ſancto vnus dominus vniuerſitatis: vnuſq̄ʒ rex ſummæ & mediæ atq̄ʒ yme ra
tionis regnas & dominaris per interminabilia immortalis æui ſæcula. Matr.
Suſcipe domine. AMEN.

Hroſuithæ illuſtris mulieris germanæ : gente Saxonica ortæ
In opera ſua carmine cōſcripta præfatio fœliciter Incipit.

Vnc libellum paruo vllius decoris cultu ornatū. ſed non parua
diligēcia inlaboratū. omniū ſapientiū benignitati offero expur
h gandū. eorū dumtaxat. qui erranti nō delectant̄ derogare: ſed
magis errata corrigere. Fateor nanq; me haud mediocriter er/
raſſe: nō ſolum in dinoſcēdis ſyllabarū naturis: verumeciā in di
ctionibus cōponēdis. pluraq; ſub hac ſerie reprehēſione digna latitare: ſed
errores fatenti facilis venia. viciſſq; debet̄ pia correctio. Si autem obicit̄. ꝙ
quædā huius operis iuxta quorundā eſtimatiōem ſūpta ſint ex apocrifis. nō
eſt crimē preſumptōis iniquæ ſed error ignorāciæ: quia quādo huius ſtamen
ſeriei cæperā ordiri: ignoraui dubia eſſe in quibus diſpoſui laborare. At vbi
recognoui peſſundare detrectaui. Quia quod videt̄ falſitas forſan probabi
tur eſſe veritas. Cū res ſeſe ita habeāt. tanto ad perfecti defenſionē opuſculi
permultorū iuuamine egeo. quanto in ipſa inceptione minus vlla proprii vī
goris fulciebar ſufficiencia. quia nec matura adhuc ætate vigens. nec ſciencia
fui proficiens. ſed nec alicui ſapientū affectū meæ intentionis cōſulēdo enu/
cleare ne prohiberer pro ruſticitate. Vnde clam cunctis & quaſi furtim: nunc
in cōponendis ſola deſudando. nūc male cōpoſita deſtruēdo ſatagebā iuxta
meū poſſe (licet minime neceſſariū) aliquē tamē cōficere textū ex ſentenciis
ſcripturarū. quas intra areā noſtri Gandeshemenſis collegerā cenobii. Pri/
mo ſapientiſſimæ atq; benigniſſimæ Rikkardis magiſtræ aliarūq; ſuæ vicis
inſtruente magiſterio. Deinde prona fauente clemēcia regiæ indolis Gerber/
gæ cuius nūc ſubdor dominio abbaciæ: que ætate minor: ſed vt imperialē de
cebat neptem ſciēcia prouectior aliquot autores (quos ipſa prior a ſapiētiſſi/
mis didicit) me admodū pie erudiuit. Quāuis eciā metrica modulatio femi/
neæ fragilitati difficilis videat̄ & ardua. ſola tamē ſemper miſerētis ſupernæ
gratiæ auxilio nō propriis viribus cōfiſa. Huius carmina opuſculi dactilicis
modulis ſuccinere appoſui: ne crediti talentis ingenioli ſub obſcuro torpens
pectoris rubigine negligencia exterminaret̄: ſed ſedulæ malleo deuotiōis ꝑ/
cuſſum aliquātulis diuinæ laudatiōis referret tinnitū: quo ſi occaſio nō dare/
tur negociando aliud lucrari: ipſum tamen in aliquod ſaltim extremæ vtilita/
tis tranſformaret̄ inſtrumentū. vnde quicunq; lector ſi recte ſecundū deū ſa
pias ægenti paginæ quæ nullius preceptoris munit̄ auctoritate opem tuæ re
ctitudinis ne pigriteris adhibere deo videlicet: ſi quid forte probet̄ recte cō
poſitum: meæq; negligēcie deſignādo vniuerſale viciorū: nec tamen vitupe/
rando: ſed indulgendo. Quia ius frangitur obiurgationis vbi interuenit hu/
militas confeſſionis.

Argumentū in hyſtoriā beatæ virginis.

Oachim & Anna de ſtirpe dauid cū diu ſteriles vixiſſent: In tēploq;
i ob ſterilitatē repudiati a ſacerdotibus fuiſſent: tādē longis oꝛonibus
& votis ꝓlem diuinā (nomīe Mariā) ſuſceperūt eāq; caſtitati & æter
no dei obſequio in tēplo deuouerūt. Illa tenella læta & cōſtans gradus tēpli
cū omniū admiratione ſupauit: reliquaſq; virgines ſanctitate vitæ excelluit:

quā dum ſacerdotes deſpōdere volūt: & virgas temere ꝓiectas illi cōiugem
querūt. & ſors ſuꝑ virgam ioſeph ex genere dauid cecidit. Nam mox colūba
ſuæ virgæ inſidens cœlū peciit. collaudātibus cūctis diuinā ſortē. Ioſeph vir
go deſpondet̄: pauloq; poſt angelus illi diuina ſalutatōne facta deū omniū
creatorē obumbratiōe ſanctiſpūs carnem ſuſcipere nūciat. quæ verbo angeli
credēs: dum in bethleem cū ioſeph Cæſaris auguſti edicto migraret peperit
primogenitū ſuū: ſaluatorē mūdi: Ieſum chriſtū cuius diuinitatē & paſtores
& magi ab oriente veniētes teſtati ſunt: Q uæ fama cum ad herodē delata fu
iſſet: omēs eius anni infantes natos occidi iuſſit. vt heredē regni tolleret: Io-
ſeph ab angelo monitus: cum matre & puero (vt regis crudelitatē fugeret) in
ægiptū cōceſſit. moxq; ægipciorū ſimulacra in terrā prona cadencia nutabāt
ſacerdotibuſq; ſuis verū deū natū proclamabāt. In itinere autē miracula pue
ri de ſerpētibus & draconibus dum in ſpecu noctē ducerēt narrat. Itemq; de
leonibus & pardis mite & manſuete ſe puero offerētibus: palmāq; cū fructu
inclinatā matris gremio: fontemq; pueri verbis erumpentē dum in itinere ſiti
laboraſſent cōmemorat.

Ad Gerbergam abbatiſſam in Gandeſhaim
Ottonis primi impatoris neptē

Alue regalis proles clariſſima ſtirpis
Gerbirg illuſtris moribus & ſtudiis
A ccipe fronticula dominatrix alma ſerena
Q ue tibi purganda hic offero carminula
E ius & incultos dignanter dirige ſtichos
Q uam doctrina tua conſtruit ægregia
E t cum ſis certe vario laſſata labore
L udens dignare hos nunc modulos legere
H anc quoq; ſordidulam tenta purgare camenam
A c fulcire tui flore magiſterii
Q uo laudem dominæ ſtudiū ſupportet alumnæ
D octriciq; pie carmina diſcipulæ.

In hyſtoriā intemeratæ dei genitricis prefatio

Nica ſpes mūdi dominatrix inclita cœli
Sancta parens regis. lucida ſtella maris
Q ue pariēs mūdo: reſtauraſti pia virgo
Vitam: quam virgo perdiderat vetula
T u dignare tuæ famulæ clementer adeſſe
H roſuithæ votis carminuliſq; nouis
Q ue tibi femineæ ſtudio famulante camene
I am ſupplex modulis ſuccino dactilicis
E xoptans vel ſummatim: attingere ſaltim
L audis particulam: virgo tue minimam
O rtus atq; tui primordia clara beati
N ecnon regalem pangere progeniem
H oc tamen agnoſco: fragiles excedere vires.
L audibus vt tentem te meritis canere.

D igne pro meritis quam totus nō canit orbis.
Q ueq; ſuper laudes angelicas renites.
H inc quia virgineo portaſti ventre puella
I ncluſum: cuncta qui regit imperio.
O lim ſed ſtultum fari qui iuſſit aſellum:
I n laudem ſancti nominis ille ſui.
T eq; per angelicum fecit virguncula uerbū.
D e ſancto digne flamine concipere.
A tq; ſuæ prolis matrē ſine ſorde pudoris
E ffecit: cunctis diſſimilem meritis.
S i placet: ipſe meam potis eſt diſſoluere linguā.
E t cor rore ſuæ tangere graciolæ.
Q uo preſtante ſuæ mitis dono pietatis
G rata ſibi pangam. te quoq; uirgo canam.
N e comes ingratis condemner iure pigellis
Q uos piget altithrono pſallere pro modulo.
S ed mage purpureū laudare perenniter agnū.
P romerear. turmis addita uirgineis.

HYSTORIA NATIVITATIS LAVDABILISQVE CONVERSATIONIS INTACTAE DEI GENITRICIS QVAM SCRIPTAM REPPERI SVB NOMINE SANCTI IACOBI FRATRIS DOMINI.

Vndi labētis luſtris nā mille pactis
Incepit quādo fœlix ætatula ſexta.
Qua deus īpleri iuſſit pietate fideli
m Quicquid ueraces iam precinuere
prophetæ.
Qui mundo ieſum mox predixere
futurum
G ermine de Iuda. quidam ſurrexerat ergo
I ſrael in terra ſenior: ſub lege uetuſta:
O rtus regali dauid de germine magni.
Q uem tradunt etenim nomen tenuiſſe Ioachim
H ic in mandatis genitricis ab ubere legis
E xtiterat iuſtus. necnon digne ſtudioſus.
H oc quoq; continuo fuerat ſua maxima cura:
V t gregis ipſe ſuæ bene paſceret agmina magni.
D eſignans. ueri ſeſe paſtoris haberi
D ignum quandoquidē terreſtri carne parentem:
Q ui portare ſuis humeris nō diſtulit agnos:

I n propriis vitæ ducens ad gaudia læte:
P aſſurus mortem: magnũ noſtri per amorem.
E mpturuſq; reos animæ precio ſibi chare.
Ic heros etenim (de quo narrabo) Ioachim
Tali percerte fœlix patriarcha nepote.
T oto ſe placidis ornans conamine factis.
Q uicquid poſſedit per tres partes reſecauit.
P artem dans viduis: peregrinis atq; puellis.
S epius in templo partem famulãtibus ergo.
P articulamq; ſuæ domui ſeruauerat omni.
H oc quoq; nõ raro faciens pietate benigna.
D igne mercedem ſuſcepit deniq; talem:
V t propria ſubſtantiola bene multiplicata:
I pſius gentes proceres precelleret omnes.
N ec ſibi conſimilẽ portaret terra potentem.
Q uem ſic cunctarum fulciret copia rerum.
Vattuor hinc certe cum iam fœliciter ipſe
Viueret in ſumma fortuna luſtra rotata:
V ultu perpulcram ſibi deſponſauit amicam
N ecnon prenitidam laudãdis moribus Annam
A charis natam. Dauid de ſtirpe creatam.
F œdere legali proprio quam iunxit amori.
H anc autem memorãt ſterilem nõ tẽpore paruo:
S pem partus homini nullam conferre fideli.
T andem digeſtis bis denis ſcilicet annis
C ontigit in templo Ioachim ſub tempore feſto
I nter ſacratos altaris ſtare miniſtros.
I ncenſum digni fuerant qui ponere viſi.
Q uem Ruben templi dum vidit ſcriba ſacrati
E xoſum factum dictis affatur amaris.
N on licet incenſum dixit te tangere ſanctum.
M unera nec domino preſtat dare ſacrificanda.
T e quia deſpexit. ſobolis cum dona negauit.
On dedit econtra verbum vir nobilis vllum.
Sed merens abiit. ſiluas triſtiſq; petiuit.
I n quis ſepe gregem conſueuit paſcere pridem
A c in longinquã pergens per deuia terram.
I pſum cum propriis ſecum ducendo magiſtris.
H ic in ſecretis latitat paſcendo latebris.
N ec poſt ad patriam placuit remeare relictam:
P aſſus nanq; grauem: ſecreta mente pudorem:
E x Ruben verbis: qui ſe cauſatur: amaris.
Vius percerte poſt menſes inclita quinq;
Cõiunx: deſperans illum iam viuere ſaluum.

I n ſoles fleuit.nec ſolamen ſibi ſciuit:
H aſqꝫ preces domino profudit triſte dolendo.
I ſraelis rector:ſolus quoqꝫ gentis amator.
Q ui ſemper refoues miti pietate dolentes.
C ur mihimet ſociū voluiſti tollere charum:
A ddens merorem triſti.ſemperqꝫ dolenti:
Q uod ſemper ſterilis manſi ſine germine ventris.
S ed nunc maioris vulnus ſuſpiro doloris.
H oc: quia nec penitus quid conferret ſcio caſus
L egali domino deuoto legis amico.
O me fœlicem ſi ſaltim noſcere poſſem
V trum mors illum ſubito ſorberet amara.
A n frueretur adhuc calida vitaliter aura.
C erte ſi ſcirem nō ius meroris haberem:
T antum cū tenebris læti ſuccumberet atris.
F unus. ſed ſumma colerē prenobile pompa.
I nclita condigno cōmittens membra ſepulcro.
Is ita finitis:ſublatis cernit ocellis
In ramis lauri reſonantes murmure dulci
P ullos plumigeris volucres circūdare pennis.
H oc vti cernebat:ſub triſti voce canebat.
R ex cœli fortis cui ſubiacet aſtriger axis:
O mnia qui certe potis es diſponere recte:
S emper cunctarū tibi laus extet pietatum:
Q uod clemens cunctos pietatis munere viuos:
P iſciculos:pecudes:ſerpentes:atqꝫ volucres:
C ongaudere ſuis donaſti ſedulo pullis.
S ed memet ſolam ſterilē remanere miſellam
C auſa iudicii iuſſiſti deniqꝫ recti.
T e tandē omnipatrē conſtanti pectore teſtem
I nuoco.cōiugii primo quod temppre voui:
S i ventris fructū mihi preſtares pius vllis:
H inc mox in templo ſiſti tibi rite ſacrato.
O bſequioqꝫ tui legali more ſacrari.
Alia dum mūdis formaret verbula labris:
Angelus aſtrigero ſubito deſcendit ab alto:
M axima triſticiæ portans ſolamina tantæ:
E t ſtans ſub facie:dictis hec fatur amicis.
E xue merorē cordis. depone dolorem.
C onſilioqꝫ dei germen tibi credito ſummi
H oc quod ventre tuo procedet tempore certo:
V ere fiet idem populis mirabile cunctis.
D ixit: & auriuagis reuolans ſecat æthera pennis.
A nna:ſed angelicis nimiū perterrita verbis:

M æſta domũ peciit.ſeſe lectoqꝫ locauit.
E t tremefacta diem pſalmorũ lege perorat.
E ffuſis noctem precibus ducendo ſequẽtem.
P oſt hec ergo ſuam precepit adeſſe puellam.
A ſtantẽ rogitans propriis illam ſub ocellis:
C ur ſe deſpiceret:vel cur tam ſero veniret?
C um ſibi ſentiret fieri quid forte ſtupendi.
Eddidit econtra dominæ laſciua famella
Obprobriis tactum ſeruili murmure verbum
S i te deſpexit ſterilem faciens deus inquit:
D ic rogo:diuinæ cauſæ quid pertinet ad me?
A nna ſed obprobriũ pacienter pertulit iſtud.
E ffundens tantũ lacrimas ſubtriſtis amaras.
S cilicet hac ipſa Ioachim predictus in hora:
A ngelus apparens. inter montana refulgens:
I n quis tunc paſcendo gregem latitauerat eger.
I uſſerat ad ſociam cicius remeare relictam.
Q ui dixit.monitis animo permotus ab illis.
H ec iam bis denis mecũ permanſerat annis.
E x illa dominus ſobolẽ mihi nec dedit vllam.
I nſuper obprobriis diſceſſi plenus amaris
N uper de templo.cauſa confuſus ab ipſa.
E t me deſpectum:tantiſqꝫ malis ſaturatum:
H ortaris regredi.ſubdi primoqꝫ pudori.
A d quem mãſuetis cœleſtis nũcius orſis.
M e fore cœleſtem:dicebat:credito vocem.
C uſtodemqꝫ tui factum pietate ſuperni:
R egis.qui iuſtam conſolari dedit Annam.
P er me.dum preculas flendo ꝓfunderet almas.
A t nunc ergo tui cauſa de cardine cœli:
Q uo veniens refero permagni gaudia doni.
H ocqꝫ tibi dico.ꝙ mox prenobilis Anna.
C oncipiet natam.cunctis ſeclis venerandam.
H æc inter natas hominũ fiet ſacra cunctas.
S piritus & merito ſanctus requieſcet in illa.
A c per quam veniet mundo benedictio ſumma.
N ec primã ſimilẽ:nec fertur habere ſequentẽ.
A t nunc ad ſociam tenta remeare beatam.
Q uæ gaudens omni tantũ pariet decus orbi.
E t ſemper grates factori reddite dulces.
C ui placet ſtirpem vobis concedere talem:
Q ualem ꝓcerte nunquã tenuere prophetæ.
O mnes electi poſt hæc nõ ſunt habituri.
D quẽ.promiſſis Ioachim letatus in illis:
Si mihi certa tuo maneat tua gratia ſeruo.

A d tempus dignare meo requieſcere tecto.
E t guſtare cibum non dedignere paratum.
Ngelus econtra dicebat voce decora.
Deſine poſco meū poſt hæc te dicere ſeruū
E ſſe.ſed angelicæ conſortem credito turmæ.
N am mihi terrenis opus eſt non veſcier æſcis.
Q uem paſcit domini ſemper præſencia ſummi.
Q uapropter moneo domino libamine ſacro
H oc te ferre. meis ſatagis quod ponere menſis.
Q ui citus anniculū gregibus ſubtraxerat agnum
S perans obprobriū ruben ceſſaſſe vetuſtum.
I mmolat & domino gauiſus pectore læto.
I gnibus appoſitis. vt habet præceptio legis.
A ngelus his votis vt iuſſit rite peractis.
A ltaris fumo ſublatus pergit ad aſtra.
Am tunc clemētis paulatim gratia patris.
Incepit radiis mundo luceſcere claris.
A tq; prior ſtabilem diſcordia ſumere finem.
C um ſua cœleſtes primū conſorcia ciues.
O lim terrigenas promittebant habituros.
Q uos prius e meritis Adam ſpreuere parentis.
N ec latuit tunc angelicū clemencia cætum.
O mipatris propriū qui mox poſt tempora natū.
M ittere virgineū miſerans diſponit in aluū.
V t ſine principio natus de patre ſupremo.
C arnem virgineo ſub tempore ſumeret aluo.
O mnes atq; ſuo ſaluaret ſanguine ſacro.
N e poſt hæc generis humani callidus hoſtis
G auderet mundū laqueis retinere malignis.
S ed patris & nati numē quoq; pneumatis almi.
A equali forma pollens ſub nomine trino.
F inetenus ſtabilē regnaret iure per orbem.
Ngelus aſtrigerū poſtquā tranſcēdit olympū
Vix paciens Ioachim tantæ præconia cauſæ.
E t tactus iaculo terroris deniq; magno.
S tratus aduſq; ſolum doni virtute ſuperni.
P ertimidus iacuit necnō ſine mente quieuit.
I pſius ſexta:ni fallor:forte diei
D um ſol vſq; ſuū concluſit veſpere curſum.
Nterea pueri venerūt cum grege laſſi.
Cunq; ſuū dominū pronum videre locatum.
C ōminus aſtantes:ceperunt diſcere triſtes
C auſam terroris turbata mente recentis.
I pſum percerte ſed vix potuere leuare.

Q uis cum cœleſtis narraſſet nuncia ciuis:
S uaſerunt illi: iuſſis parere ſupernis.
E t rapido patriã curſu repedare relictam.
Q ui gregibus lectis ſiluis diſceſſit ab illis.
A c gaudens pueros ſecum deduxerat ipſos.
E t cum tranſiſſet ſpaciũ triginta dierum:
A ngelus oranti ſanctæ comparuit Annæ.
E t cũ pacificis deprompſit talia verbis.
E xurgens animo: vultu quoqꝫ perge ſereno
A d portam ſubito: quæ dicit̃ aurea vulgo.
I llic forte tuũ: ſumma cũ pace reuerſum:
L egalem dominũ mox comperies fore viuũ.
Q uæ cicius dicto. iuſſum cõpleuit amandum.
I mpacienſqꝫ moræ: perrexit ad hoſtia portæ.
P reſtolata ſuũ gauiſa mente patronum.
Cilicet attonitis quẽ cum conſpexit ocellis:
Caro florigerũ percurrerat obuia campum.
I pſius & collo ſeſe ſuſpendit amando.
A ltithrono grates reddendo deniqꝫ tales.
L aus tibi cunctorũ largitor ſumme bonorum.
Q ui mihi nõ meritæ concedis gaudia tanta.
E cce virum propriũ preſentem ſencio ſaluũ.
T empore quæ longo iam permanſi viduata.
Q uæqꝫ fui ſterilis: concepi gaudia prolis.
T alibus auditis: congaudens concinit omnis
P lebs hebrea: deo laudes cum pectore læto.
Oſt hec noueno percerte menſe peracto.
Venit ſumma dies. in qua prenobilis Anna
P rogenuit natam cunctis ſeclis venerandam.
P oſtqꝫ dies octo primi venere vocati
P ontifices. tantæ ſolito qui more puellæ.
N omen & aptarent. ipſam quoqꝫ ſanctificarent.
Q uis Ioachim preculas fudit preſentibus iſtas.
R ex cœli ſtellis ſolus qui nomina ponis:
I ſtius teneræ nomen dignare puellæ
C œlitus indiciis per te monſtrare coruſcis.
Ixerat. & ſubito ſonuit vox fortis ab alto:
Mandãs ægregiã Mariam vocitare puellam:
S tella maris lingua quod cõſonat ergo latina.
H oc nomen merito ſortitur ſancta puella.
E ſt quia preclarum ſydus quod fulget in æuum
R egis æterni claro dyademate chriſti.
Oſt hec: annorum meta vergente duorum:
Fortunata ſuã dum ſumpſit ab vbere natam:

A blactando piam genitrix de more Mariam.
O cius in templo ſiſtit cum munere digno.
I pſam.que templũ domini fuit: imo futurum.
Q uo ſociata ſacris virguncula parua puellis:
S emper diuinis illic perſtaret in odis.
Q uem merito ciues cœleſtes laude frequentant:
Oſt hæc: in templi ſubſiſtens limite ſacri
Aſcenſum graduũ ſubito terquinq; ſupinum:
I mmemor ætatis iam plena deo puerilis:
A udacter currit.vultum nec retro reflexit.
Q uerat vt aſtantes: infantũ more: parentes.
Is ſuper accenſi mirantur deniq; cuncti
Aſtantes populi.templi pariterq; miniſtri.
P ontifices ipſi factum laudant quoq; primi:
D icentes.tanto ꝙ tunc infantula facto:
P er ſe quid fieri preſignaret cito magni.
E t vere magni.cunctis meritoq; ſtupendi.
Vod credi maius: vl' quod poſſet fore maius?
Quã ꝙ virgineo portauit ventre puella
M agnum factorem mundi.propriumq; parentẽ.
N ec mirum ſurſum cepit ſic figere greſſum:
I nfans lacteolis fuerat dum paruula membris.
Q uam pater alme tuo ditaſti flamine ſacro.
D um fuerat ſanctæ genitricis condita ventre.
P ræſcius hanc ſolam certe conſiſtere dignam
A d proprii partum nati: per ſæcula nati.
Q ui poſt corporeæ tectus velamine formæ.
A ſcenſum graduum cunctis patefecit in æuum:
P er quas ad patriam tendunt remeare relictam.
C ui chriſtus nomen. cui laus ſit cœlitus amen.
Cilicet & genitrix tali facto bene fœlix:
Conlaudans regem: cecinit ſic Anna: pennẽ.
O mnipotens rector: ſolus pietatis amator.
C lementer proprio feciſti mira popello.
A ſpiciens humilẽ miſerando meã quoq; mentẽ.
I am deſperatæ donaſti gaudia natæ.
A udeo percerte poſt hec tibi munera ferre.
N ec vereor prohibere meum poſt hec inimicum:
Q uin viſitem ſacris templum ſociata miniſtris.
H inc te cœleſtes conlaudant ſedulo ciues:
C ondignũ carmen modulando penniter. amen.
H is ita finitis: orantis ſcilicet orſis:
G ermine fœlices talis rediere parentes
I ndolis.in templo parua remanente Maria.

Mnes humanæ nequeūt cōprendere linguæ:
Nec potis ē ſtabilis quāuis uerbū ſonet orbis
I ſtius infantis preclaram dicere famam.
S ed nec mirandæ uitam moreſq; puellæ.
Q uis laudare modis potis eſt per ſæcula dignis?
H æc quia continuo cunis ſubtracta puella
M aturis omni lucebat moribus orbi:
N ec quicq̄m membris geſſit puerile tenellis.
A ſt in preceptis fuerat iuſtiſſima legis.
N ecnon carminibus ſemper ſtudioſa Dauidis:
H æc prudens: humilis: feruēs dulcedine mentis.
O mnibus atq; placens. tota uirtute refulgens.
H anc hominis maledicentē nō audiit auris.
O ffenſam ſed nec quiſq̄m cognouerat unquam.
S emper erat mitis necnon gratiſſima cunctis.
E t quæ nempe ſuo profluxit ab ore loquela
N ectare gratiolæ fuerat condita ſupernæ.
E t cum quis uerbis illi benedixit amicis:
M ox grates domino curauit reddere ſummo.
N ec ſic diuinis linguam retineret ab odis.
E xemplumq; ſuis in ſe prenobile cunctis
P reponit ſociis: iam cunctigenæ bonitatis.
I pſius faciem niueo candore nitentem:
T radunt ardentis radios precellere ſolis.
N ecnon humanū penitus deuincere viſum.
Q uid referam digitos operum? ſatis arte ꝓbatos:
N amq; manu docta perfecit parua puella.
N empe ſibi normam ſtatuens ipſiſſima duram.
O mnibus in templo viuebat ſtrictius ergo
V irginibus reliquis: illic pariter ſociatis.
N am tantū preculis ſtuduit perſiſtere ſacris.
N ecnon diuinis ſemper conſtanter in odis.
E x quo diſcuſſæ noctis periere tenebre:
A urora ſpargente plagam lucem per Eoam:
A ltius vſq; polum phœbo aſcendente ſerenum:
T ercia iam ſubito deuenerat hora diei.
T unc vſu digitos operis laxauerat albos.
D octe purpureis inſtando deniq; filis.
S ed mox vt nona phœbus deſcendit in hora:
S e precibus ſolito reddit famoſa puella.
A c ſtudio mentis bene perdurauit in illis.
V ſq; per angelicū ſumpſit ſacra virgo miniſtrum:
O mni nanq; die miſſam ſibi cœlitus eſcam:
E ſcam pontifices dederant de more potentes.

H anc ſtudio mentis cicius conceſſit egenis:
D eniq; cœleſtes lapſi deſydere ciues:
H anc crebro verbis conſolabant̃ amicis.
S pernere terreſtrem quo mox didiciſſet amorẽ.
E t caſtam regi mentẽ ſeruare perenni.
Q uiſquis languidulis infirmus deniq; membris
H anc ſaltim tetigit:raptim ſaluus remeauit
Vius cum ſtabilem volitaret fama per orbẽ:
Abiathar reliquos exorat ſepe ſacerdos
P ontifices templi:precii nõ munere parci:
V ellent præclaram quo deſponſare Mariam:
I pſius ægregio legali fœdere nato.
Q uod fieri vero prohibet virguncula caſta:
I nclita regalis ſpernens conſorcia ſtirpis.
S e quoq; finetenus teſtatur nobile corpus
E ius:cõiugio percerte ſubdere nullo.
T alia pontifices cui mox dixere potentes.
Onne deus colitur digneq; potens veneratur:
In plæbis Iudælegali poſteritate:
N ec decet innuptam talem remanere puellam.
Q uis conſtans animo reſpondit talia virgo.
N am deus in templo gaudet requieſcere mundo.
M entibus & ſobriis.nec delectatur in illis
C rimine quos magno maculat laſciua libido.
S cimus Abel duplã merito ſumpſiſſe coronam:
Q ui primus mundo iuſtus fuerat prothoplaſto:
V nam martyrii fratris de cede peracti.
A tq; magis nitidam pro virginitate ſecundam.
C redimus heliam cœlum petiiſſe ſecretum
C orpore cum vero.manſit quia virgo potenter
N ec corpus maculis vnquã violauit amaris.
H æc didici certe legis ratione docente.
E t diſcens animo mandaui ſedula fixo.
M eq; puellarem noui retinere pudorem.
Oſtq̃m bis ſeptem totos compleuerat annos:
Non hoc eſſe ſui moris dicunt phariſei:
A etatis tantæ ꝙ vellet virgo manere.
P oſt hæc in templo domini ſub honore ſacrato:
M ox decreuerũt populum concurrere cunctum:
V t pariter tantam tentarent voluere cauſam.
E t cum ſub tectis templi conſiſteret omnis.
A biathar(quem iam memini ſub lege ſacerdos:
A ſcenſum graduũ conſcendit nanq; ſuperbum.
P reſul & aſtanti dicebat talia plebi

X quo conſtructũ fuerat prænobile templum
Iſtud: per magni regis ſtudium Salomonis
V t ſcitis vere manſerunt ſemper in illo
F orma conſpicuæ vultus: ætate tenellæ
N atæ nobilium: famoſo germine regum
A tque ſacerdotum: vatum paritérq; piorum:
Q uæ celebres omni merito manſere popello.
C erte perfecta ſed mox ætate recepta:
C oniugibus tantæ condignis ſunt ſociatæ.
M ulto magiſq; deo placuerunt ſemper ab illo.
M ore ſed in ſolito ſperat ſe virgo Maria
P oſſe placere. viris domini pro nomine ſpretis.
N unc quia non conſtat votum ſe reddere tantum
R eſtat vt altithronum precibus digne rogitemus
V t nos forte ſuis faciat cognoſcere iuſſis
H anc quia legali fas ſit cum fœdere iungi.
Ali conſilio conſenſu plebis adepto:
Sortem pontifices miſerunt primitus omnes:
I nter namq; tribus Iſraelis duodenas:
Q ue mox ægregiam Iudæ ſignat fore dignam.
Q ua deſignata pre cunctis ſcilicet vna:
P recepere viros eiuſdem germinis omnes.
Q uos ſine coniugibus fecit conſiſtere caſus:
C ollectos ergo concurrere ſole ſecundo.
E t manibus virgas dextris conferre nouellas:
Iis igitur cunctis toto conamine lectis.
Aduenit dignus ſenior Ioſeph ſociatus
I llis: incuruam portans ſub indice virgam.
A t vero ſummus virgas tollendo ſacerdos
G audens: cunctorũ domino faciens holocauſtũ
Q uid fieri iubet effuſis precibus rogitabat.
C ui mox indiciis diuinis iſta iubentur:
T empore digeſto ſibi que fuerant facienda.
P ræmonitus virgas qui miſit protinus ipſas
I n templi ſanctum famoſi iure ſecretum.
D emandans: quid ni collectim luce ſequenti
I nde regales iterum veniſſe nepotes.
V nũquueq; ſuam rurſum quoq; ſumere virgam.
N am ſibi pro ſigno dictum fuerat manifeſto:
V irgo ꝙ hæc credi deberet nobilis illi
D e cuius virga volitaret rite columba.
Q ue peciiſſe polum tentaret protinus altum.
Vm ter mille ſuas retinerent deniq; captas
Virgas perſonæ. predicto tempore certæ

N ec ſignum populo predictum redderet ulla
O btulit incenſum præſul uenerabile rurſum
S eqꝫ dedit precibus deuoto pectore fuſis
C ui mox cœleſti dicetur uoce precanti
V irgula nanqꝫ breuis ioſeph iuſti ſenioris
Q uæ iacet in templo nec ſollicitetur ab ullo
I mplebit merito ſignum memorabile ſola
Is ita finitis ſonuit uox pontificalis
Mandans in mediam ioſeph procedere turbã
H ic erat abiectus. forma nullaqꝫ decorus.
N ec ſibi complacuit ſociis interfore tantis
S ed mage poſtremo gaudet remanere locello
Q ui mox ut uocem ſenſit ſe forte uocantem
P roceſſit pauidus uirgam comprendere iuſſus
E x qua continuo ſplendens egreſſa columba
H aud tarde cœlum fertur peciiſſe ſecretum
H is ita trãſactis laudes plebs concrepat omnis
G rates altithrono reddentes pectore læto
C ui placuit ſigno iuſtum monſtrare nouello
I pſe ſed ætatis non immemor ulterioris
P roteſtans proceres ſe ꝓgenuiſſe nepotes
M agno percerte fertur rogitare pudore
P ontifices mariam quo non uellent ſibi pulcram
I pſius proprio ſed ſponſam tradere nato
Q uod cum forte negant ſe ſignatũ quoqꝫ narrant
N ec cuiq̃m credi ſanctam debere puellam
Q uã ſibi : quem dominus ſolum fecit fore dignũ
E xorans alias cæpit rogitare puellas
M itti cum maria cauſa ſolaminis ergo
Q uæ ueluti cõnutritæ ſociæqꝫ coeuæ
I llam colloquii ſcirent ſolamine dulci
A bſqꝫ mora conſolari ne uirgo pudori
C oniuge pro uetulo fieret ſubiecta tenella
Q uod mox pontifices fieri iuſſere parentes
S ed ſenior fruſtra ſudauerat iſta rogando
N on ſibi ſed chriſto fuerat quia uirgo dicata
Oſtq̃m pontifices preculis ceſſere precantis
Ioſeph ſeruandam ſuſcepit nanqꝫ puellam
E t pariter miſſas ni fallor quinqꝫ puellas
Q uarum ſic ergo creduntur nomina dicta
S ephiphona zabel ſuſanna rebecca abigea
Q uis opus ad templi pertingens nanqꝫ ſacrati
T raditur ornatum ſtudioſe perficiendum
P urpura cum byſſo linum cum uellere ſerum

P urpura ſed ſanctæ fulgens operanda mariæ
C reditur ad velum domini templi precioſum.
Is ſuper accenſæ preſentes quippe puellæ
Obprobrii cauſa dixerunt taliter ergo
N um te reginam conſtat poſt hæc fore noſtram
I am texenda tibi quia purpura creditur vni
N on paruo cum ſis iunior tu tempore nobis
Q uæ tunc vt ſemper bene ſuſtinuit pacienter
T alia nec verbo iam contradixerat vllo
Stans ſed cicius cuſtos ſemper ſibi fidus
Angelus aſtrigera dilapſus dixit ab aula
N on te virgo rogo perturbent talia verba
I ſtæ percerte quia vatum more locutæ
I am nunc preſaga dicebant voce futura
T u quia ſola potenter eris regina perennis
N ecnon ſtelligeri dominatrix inclita cœli
Oſt hæc ſecreta reſidebat in æde quieta
Purpureos digitis filos operans benedictis
A ngelus & ſummus gabriel conſpectibus eius
A ſtitit aſtrigera cœlorum lapſus ab aula
V irgineum decus verbis affatur amicis
I uxta cunctorum narrans oracula vatum
I pſius e caſto naſci dignarier aluo
A ltithroni prolem mundo ſatis antiquiorem
V irgineiq; modum partus narrat memorandum.
Rgo non noſtris potis eſt exponier orſis
Nobile colloquiū longo ſermone peractum
V irginis æternæ chriſti matris benedictæ
P artus & tanti ſacra narrantis paranymphi
S ed nec dactilicis opus eſt nos pſallere chordis
M agnum merorem ioſeph durumq; dolorem
F ruſtra cordetenus quo iam fuerat cruciatus
T alem dum grauidam ſenſiſſet forte puellam
Q ualiter & triſtis ſolatur tempore noctis
V irginis intactæ iuſſus curam retinere
V irginis & nati nobis de ſydere miſſi
H ec euangelici demonſtrant cuncta libelli
N oſtras & fragiles excedunt deniq; vires
H is nos tranſmiſſis conſtat quia cognita cunctis
S ermonē vobis tantum faciemus ab illis
C harius in templo que creduntur fore dicta
Erte cum ſtabilem volitans veniret in orbem
Vndiq; ſubiectos deſcribi iuſſio lectos
C æſaris auguſti cenſumq; ſibi profiteri

I oſeph ad pattiã bethlem perrexerat vrbem:
C um deſponſata ſibimet pregnante Maria
E t cum famoſis eſſent prope mœnibus vrbis.
A ſpexit:nõ corporeis:ſed mentis ocellis:
C õminus alma duos virguncula ſtare popellos:
V num ridentẽ.necnon aliũ lacrimantẽ.
Q uod ioſeph vetulo narrans:audiuit ab illo.
C ontine ſubiecto tantũ te rite iumento.
E t noli poſco narrare ſuperflua verba.
Ixerat:& iuuenem corã proſpexit herilem.
Qui ſibi miſteriũ declarauit populorum.
T alia ſacrata dicens pro virgine verba.
C ur dicis Mariam nõ verbula vera locutam.
I ndignatus:eam ſecretum cernere ſolam.
N am flentem populũ merito vidit iudeorum.
Q ui mox a domino diſcedet corde maligno.
C ontra gentilẽ ſed læticia fluitãtem.
A d fidei magnum quia perueniet ſacramentũ.
Is dictis.Mariã blande cõuerſus ad almã.
Tempus adeſſe ſibi chriſtũ narrat pariendi
Q uæ de ſubiecto deſcendit iuſſa iumento.
I ntrãs ſpeluncã ſub terra rite locatam.
Q uæ male preſentis penitus fuit inſcia lucis.
E t quã cõtinuæ ſemper tenuere tenebræ.
S ed mox: vt lucem genitrix paritura perennem:
H anc adiit.radiis cepit fulgere coruſcis.
N ec poſt hec ibi cœleſtis lux defuit omni
T empore.quo genitrix illic manſit bene fœlix
Octis tranquillæ medio libramine certe
Illic hæc eadem genuit virguncula prolem
G audens diuinã:cunctis ſeclis venerandam.
C ui nomen Ieſus.cui ſit laus gloria virtus.
S oluere qui veterum veniens oracula vatum:
S e pro ſaluando venturũ preſcia mundo.
P acem cœlicolis fecit cum ciuibus orbis.
Q uem genitũ ſacro caſtæ de virginis aluo.
P rotinus angelicus circũſtat deniq; cætus:
L audans ſubmiſſis factorẽ vocibus orbis.
O rans & puerũ nobis de ſydere miſſum.
S ed mater ſubito:cunctis veneranda.Maria:
C ollocat anguſto præſepi membra tenella
C hriſti.pãniculis regem voluẽdo perennem.
T pius interea Ioſeph digreſſus ab illa.
Mox obſtetrices ſecum duxit mulieres.

Q uæ zelemi ſalome fuerant de nomine dictæ.
S ola ſed ingreditur zelemi. ſalomeqꝫ veretur
T angere ſpeluncam pedibus ſplēdore repletā.
M ox quoqꝫ virgineū zelemi tractans pie partum.
E xclamans: ſigni dixit bene credula tanti.
Q uid ſibi nō nuptæ partus vult iſte nouellus?
E ditus ecce puer regali germine nuper.
C oniugis expertem bene declarat fore matrem.
A tqꝫ parens virgo natum lactat pie ſola.
V beribus caſtis de cœlo iure repletis.
N on dolor eſt matri nec eſt maculatio proli:
O rdine diuino fieri ſed talia credo.
Anc ſalome vocem ſpernēs: nō ficta loquētē:
Dixerat auditis ſeſe nō credere verbis.
N i probet ipſa ſacrā palma tangendo Mariam.
H inc ingreſſa ſuā cepit protendere dextram:
A udacter caſtam tentans palmare Mariā.
S ed talis pœnam confert audacia dignam.
D extra eſt continuo tentatrix debilitata.
I ngenti certe cruciatur iure dolore.
T unc ſalome clamans animo ſubtriſtis amaro.
D efectum dextre ſubitū defleuit ademptæ.
M oreqꝫ iudaico propriū meritū recitando.
N ecnon iuſticia ſat cōfidens ſimulata.
T alia celſithrono fertur dare verba dolendo.
Eſtis cunctorū conſolatorqꝫ laborum.
Tu ſcis preceptis fueram quod ſedula legis.
Q uodqꝫ tui cauſa ſemper fuerā bene larga.
P auperibus cunctis lectis de finibus orbis.
Q ui merens venit de me quoqꝫ letior iuit.
E t nunc pro meritis pacior damnū graue tantis.
Vi mox apparens iuuenis prelucidus: infit.
Pāniculos pueri ſolūmodo tange tenelli:
A ccedens iſtas ad regales cito cunas.
I pſeqꝫ maiori te reſtituet ſanitati.
H æc vbi iuſſa ſibi: ſequitꝛ ſolamina dantis
T angendo minimū pannorū deniqꝫ filum:
S enſit ſe ſubito ſaluam fore corpore toto.
E t grates domino reddebat voce canora:
Q ui ſibi dignatus talem cōferre ſalutem.
Rdine digeſto poſtqm̄ fuit ergo repleta
Viſio paſtorum. ſignū ſibimet quoqꝫ dictū.
D e paruo puero preſepibus inueniendo.
I pſius pueri quoqꝫ circumciſio chriſti.

N ominis atq; ſui fulgens aptacio magni.
R eges aſtrologi ſolis de cardine lecti
A duenere magi.ſtellarū lege periti.
Q uerentes vrbem famoſam deniq; ſalem.
N ecnon herodem conſtanti pectore regem.
S ollicitant regis de natiuitate recentis.
S e vidiſſe nouam fantes nuperrime ſtellam:
Q uæ regem natum demōſtraret iudeorum.
Is rex turbatus ſecreta mente profanus:
Accitis citius ſcribis: audiuit ab illis:
C erte bethleis naſci ꝙ chriſtus in oris
I uxta cunctorū deberet carmina vatum.
S cilicet atq; magis iuſſit cū fraude remiſſis:
V t puerū querant natum.ſibimet quoq; mōſtrēt.
Q uem cupit occidi.ſimulās ſe velle precari.
Q ui:monſtrāte viam ſtella pergunt cito rectam.
I ntrant & pueri regalia tecta tenelli.
H aud vario certe digeſtim picta colore.
S yderis obſequio tanti ſed rite polita
P roni veſtigiis figentes oſcula prolis.
O rantes:preculis humili quoq; voce profuſis.
T rino cœleſtem venerant munere regem.
H unc homineq; deum deſignantes moriturum.
Q ui mox in ſomnis moniti ſub tēpore noctis:
A d patriā læti redeunt per deuia ducti.
Is ita digeſtis.herodes peſſimus hoſtis:
Auguſti iuſſu rhomā deducitur ergo
Q uo vel purgaret:lex vt romana doceret:
C riminis impoſita de magni ſe cito culpa.
V el capitis pœnam iuſte pateret amaram.
N amq; reus maieſtatis dicetur herilis.
E t merito talem patitur iam ſuſpitionē:
Q ui cupit inſidiis vulpino corde paratis:
P rolem cœleſtis diuinā perdere regis.
H oc nam diuino nutu factum fore credo.
Q uod tūc percerte rhomam mandat adire:
Q uo ſe ſubtracto:legis mandamina cuncta
P lenius in nato cōplerentur cito chriſto.
Amq; quater denis:curſu ducente:peractis
Virginei partus digeſtim rite diebus:
H ic factor membris cœlorū nanq; tenellis
S iſtitur in proprio paruo cū munere templo.
V lnis exceptus tremulis iuſti ſymeonis.
E t mūdi dominus condignis eſt benedictus

O dis. ex ipſo iuſto Symeone uetuſto:
N ecnon famoſa preſagis vocibus Anna.
H is quoq; completis iuxta mandamina legis:
A d patriam bethlem redierũt protinus vrbem:
Am poſt hec binis manſurnis pene repletis.
Hoſtis ab exilio veniens peruerſus amaro.
Q uod dixere magi voluebat mente dolenti.
S e nati ſtellam regis vidiſſe decoram.
H æc recolens proceres regni rogitabat heriles.
A n redeundo: magi veniſſent mente fideli:
V el quid de nato demandarẽt ſibi chriſto:
Q ui mox reſponſis pariter dicunt bene firmis.
S e neſcire. magi fuerint ſi forte reuerſi.
N ec quid de nato ſeſe perdiſcere rege.
Is ſuper accenſus rex Herodes: furibundus
Mittens infantes occidi protinus omnes:
Q ui tunc bethleis fuerant precepit in oris.
S e ſemper viuũ ſperans extinguere chriſtũ
P oſſe. ſed in ſomnis monitus ioſeph venerãdus.
P ergit in ægiptum: vaſti per deuia ſecum
D educens heremi Ieſum cũ matre tenellum.
N oui terreſtris chriſto dominante timoris:
T alia ſed ſolito fecit pietate ſuperna:
A egipti tenebras propria quo luce vetuſtas
M ox illuſtraret. per ſe penituſq; fugaret.
Ontigit ergo die quadã: requieſcere velle:
Iuxta ſpeluncã: ſanctam cũ prole Mariam.
Q ue ſat laſſa ſolo fuerat cum forte locata.
S cilicet in gremio Ieſum molli refouendo:
M ulti terribiles procedũt namq; dracones
E x hac ſpelunca. pre qua fuit ipſa locata.
Q uos ioſeph pueri cernẽtes: obſtupefacti
C eperunt certe magno clamare timore.
A t puer e gremio matris ſurrexit amando.
I eſus. ſacratis ſtabat mitis quoq; plantis:
C ontra frendẽtes turbata mente dracones.
Q ui ſubito proni ceciderũt manſuefacti.
O rantes tacitis factorẽ nutibus orbis.
I pſeq; digrediens heremi per deuia vaſti:
I llos preceſſit. ſequi er ſeſe quoq; iuſſit.
Vo ioſeph viſu: genitrix chriſtiq; ſacrata.
Exanimes: fragilis pro cõſuetudine carnis:
F acti. ſat pauitant. puerũ lediq; timebant.
I pſe ſed inſpector mentis teſtis quoq; cordis

H ec reſponſa dedit timidis cõuerſus. & inquit:
Q uare lactentes tantũ tractabitis artus?
I n me virtutẽ capitis nec mente perennem?
Q uãuis humanis ſim paruus homuncio mẽbris:
V ir tamẽ omnipotẽs ſummo ſum numine pollẽs.
C ondecet atq; feras ſiluæ manſueſcere cunctas.
M e coram rabie dimiſſa rite priore.
Oſt hec magnanimes cũ pardis nãq; leones:
Necnõ cunctigenæ venerunt vndiq; lectæ.
V t ſenſere fore prolem factoris adeſſe.
O rantes puerũ ſub miſſa voce tenellum:
C irca preclaram gaudentes atq; Mariam.
Q uam ſuper inſolito pauitantẽ deniq; ſigno:
L æcius intuitus fertur ſic dicere chriſtus.
Non:te virgo rogo pollens genitrix mea chara:
Permoueat ſigni nouitas carnaliter almi.
O bſequii ſola veniũt iſtæ quia cauſa.
N on ꝙ te vellent vel ſaltim ledere poſſent.
H is quoq; diſceſſit dictis anguſtia cordis.
A t vero beluæ precedebant bene lætæ
D emonſtrando viam per deſerti loca rectam.
S ed nec nocturnis diſceſſerat vlla ſub horis:
S ed ioſeph pecori ſociatæ mente fideli:
O blitæ rabie naturaliq; furore.
P acificæ modici guſtabant paſcua fœni:
I nter quas ergo fuerat concordia tanta:
V t quõdã timidi iunxere lupis latus agni:
E t bouibus mites bene cõmanſere leones.
S ed nõ immerito:cœlorũ pax quia vera
Q uæ regit immẽſum:firmauit fœdere cœlum
I llarũ mentes mutauit more fideles.
Oſt hec pauſauit:radiis laſſata caloris
Aeſtiui:chara palmæ Maria ſub vmbra.
E t rurſum verſis claris aſpexit ocellis:
F ructibus hanc palmã maturis eſſe refertam.
H is viſis.lingua formauit talia verba.
I ſtius palmæ nimiũ delector onuſtæ:
S i potis eſt fieri:de fructu deniq; veſci.
Vi ſenior vetulus legis moderamine iuſtus:
Haud blande dictis ioſeph mox obuiat iſtis.
H oc miror certe nimiũ te dicere velle.
C um videas ramos magno de germine ductos:
A ſtris contiguos.cœlum pulſare profundũ:
A ſt ego precogito ſumma tantũmodo cura:

S i ſaltim valeam puram cōprendere lympham.
V tribus in noſtris quia nec eſt guttula fontis.
H ec heros igitur venerandus ſic loquebat̄:
C eu deſperaret quod preſens om̄ia poſſet.
C hriſtus corporeis tectus fuerat quia membris.
A t puer in gremio charæ genitricis amando:
A ccumbens.palmā gaudens ſe vertit ad ipſam.
F unctus & imperio:præclare quippe: paterno:
I pſi continuo dicebat.fronte ſerena.
A rbor flecte tuos ſummo de vertice ramos.
V t quantū libeat de te mater mea carpat.
D ixerat.atq; ſuis arbor fortiſſima iuſſis:
A nte pedes Mariæ parens inflectitur almæ.
F ructu cumq; ſuo penitus fuerat ſpoliata:
I ncuruata ſtetit.nec ſurgens alta petiuit.
O pperit imperiū chriſti ſed rite probatum.
I pſeq; te ſubito dixit nunc erige palma.
V t ſis lignorū poſt hæc collega meorum.
Q ue paradiſiacis conſtant plantata locellis.
E x radice tua deduc ex templo ſecreti
V ndas fonticuli.fluitantes gurgite dulci.
Q ue cicius dicto cōplentur deniq; cuncta.
A t prolis comites fontem luſtrando recentē:
R eddebant grates lætato pectore dulces.
A tq; ſitim lymphis triſtem dempſere nouellis:
C umq; profecturi deſerti per loca vaſti
E ſſent.ad palmā Ieſus ſic dixerat ipſam:
D e te quippe meo precepto palmula mando:
A ngelus vt cœlo veniens dilapſus ab alto:
T ollat rite tuo ramū de vertice ſummo.
N ecnō hunc ipſum plantet mox in paradiſum.
E t tibi gloriolā ſuper hoc iam confero tantam.
V t poſt hec ſummi dicaris palma triumphi.
E t quiſquis bello famoſæ vicerit vllo:
D e te vincenti dicetur protinus ille.
A d palmā magni veniſti namq; triumphi.
Ec vbi dicta dedit.dilapſus ſydere venit
Angelus.Et tollens ramū diuexit in altum.
Q uo viſo:cuncti preſentes obſtupefacti.
I n terram proni conſternūtur tremefacti.
Q uos ieſus ſubito ſolatur talia fando.
N on opus eſt certe vobis formidinis vllæ:
H unc quia tranſferri ramū per ſydera iuſſi.
V t mox deliciæ magno plantetur in horto

E t uelut hic in deſerto mea iuſſa ſequendo
I mpleuit: magno noſmet ſtudio ſaciando.
S ic illic ſanctis conſtet dulcedo perennis.
Alibus ac tantis ſignis iam ſedulo uiſis.
Ioſeph uirtutē prolis tractando perennem:
V titur his uerbis. ſubmiſſo murmure fuſis.
E cce calor nimius noſtros male decoquit artus.
N unc tibi ſi placeat: cuius regnum iuge conſtat.
P recipe: per pelagi calles nos pergere uaſti.
V rbibus appoſitis quo certa quies data nobis.
N os cicius ſpaciū faciat percurrere tantū.
C ui dixit Ieſus. diuino numine clarus.
N amqꝫ uiam ſubito longam per me breuiabo.
E t quod ter denis potuit uix ante diebus
M etiri. faciam diei ſpacio repedari
Is dictis Soniten uiderunt ocius urbem
Aegypti magnā. famoſis menibus altam.
H anc introgreſſi. pecierūt limina templi.
I n quo ſtulta deos conſueuit ponere falſos.
G ens pagana ſuos. peruerſo more colendos.
M ox ſed ut intrauit ſancta cum prole Maria:
O mnia falſorū pariter ſymulacra deorum
I n terram ſubito ceciderūt deniqꝫ prona.
I am cognoſcētes regem ueniſſe perennem.
A tqꝫ deum uerum magna uirtute decorum.
Vnc eſt impletū: fuerat quod carmine dictū.
Olim percerte modulantis tale prophetæ.
E cce ſuper leuem dominus ueniet cito nubem.
P re cuius ſancta facie: decet omīa nempe
A egypti ſubito conquaſſari ſimulacra.
Aec Affrodoſio poſtq̄m fuerant recitata.
Vrbis namqꝫ duci predictæ ualde potenti.
I llic cum ſociis feſtinat pergere multis.
Q uod cū pontifices templi ſenſere prophani:
S perabant illum variis mox perdere pœnis.
H os: qui damna diis fecerunt talia ſtultis.
I pſe ſed in terra cernens ſymulacra decora:
O b tutu prono paſſim volitare minuta.
L umine cœleſtis raptim ſuccenſus amoris:
E t fidei ſacræ. mutato deniqꝫ corde.
S ubſiſtit. atqꝫ ſuis gaudens dicebat amicis.
E cce patenter adeſt dominus ſuper omīa pollēs.
Q uem fortaſſe dii tacito cū murmure noſtri.
I ure deum verum conteſtātur fore ſolum.

R eſtat vt ipſorũ proſtrati more deorum :
D euota regem veneremur mente perennem.
Q ue fecit regi memorantes iam Pharaoni:
Q ui ſua:plus iuſto:ſpreuit mandamina ſacra:
N e noſmet foueam mortis detrudat in atram.
Ixerat atq; ſolo proſtratus corpore toto :
Voluitur ante pedes ſanctæ rogitãdo Mariæ:
G raciolam pueri conſtanter voce fideli.
Q uem mater gremio gaudens portauit amico.
Laudanda tuæ virtutis gloria chriſte.
O miranda ſacræ ſemper mutatio dextræ.
Q ui nutu tacito potis es diſponere cuncta.
Q uis volet ergo tuæ pietatis munera magnæ?
V nice nate dei ſummo ſimilis genitori :
M irari digne?merita vel dicere laude?
Q ui noſtri cauſa feciſti tanta ſtupenda:
T u ſine principio natus de patre ſuperno.
P er precepta patris compleſti viſcera matris:
E x hac corporeã ſumens ſub tempore formã.
Q uiq; vales propria mundũ conducere palma.
P anniculis ſtringi nõ raris haud reſpuiſti.
E t qui ſtellato reſides ſolio ſuper æthra:
P aruo preſepi contractus:procubuiſti.
E t qui multigenis imponis nomina ſtellis:
A c pluuiæ guttas:pelagi quoq; ſolus arenas
R ite potes numero per te cõprendere certo.
V t fragiles pueri pacienter conticuiſti.
T empore:virgineas quo ſuxiſti pie mãmas.
I nſuper Herodem nulla formidine regem :
S ed ſola certe fugiſti pro pietate.
Q uo carnis veram demonſtrares pie formã:
E t mox abſq; mora:feciſti ſaxea corda
N am paganorũ molleſcere nõ domitorum.
E t ſentire tuũ ſolidum per tempora regnum.
Q uo te diuinis moniti ſcirent fore ſignis:
I pſum qui ſolo feciſti ſecula verbo.
E t quem cunctorũ cecinerũt carmina vatum.
H inc genitore tuo maneat per ſecula cuncta
G loria.de cunctis & laus æterna creatis.
Q ui tibi dilecto neſciuit parcere nato.
E t tibi chriſte decus perpes victoria.virtus.
S anguine qui mundũ fuſo redimis periturum.
F lamine cum ſacro ſecli per tempora cuncta.
G racia cœleſtis per quem conceditur omnis.

Valia retribuā factori munera nunc iam?
Pro cūctis digne mihimet que reddidit ipſe.
Q ui pius indignam ſolita pietate famellam:
M e licet exiles fecit perſoluere grates.
H is ſuper angelicæ cœlorū poſco cateruæ:
C ollaudare deum nō ceſſent ſedulo verum.

ARGVMENTVM IN HYSTORIAM ASCENSIONIS DOMINI.

Poſteaq̄m (vt apud euāgeliſtas & apud Lucā in actibus apoſtolorū eſt) Saluator mūdi chriſtus Ieſus: omīa per miracula. & paſſionē. & mortē ſuam amariſſimā cōpleuiſſet. que de eo ceciniſſent ſacri vates. A morte reſurgēs: plurimis diebus viſus eſt inter diſcipulos docens. tandem ad patrē vocatus: cōuocatis diſcipulis lætiſſime in cœlos patris imperio aſcēdit: comitante eū vniuerſo cœtu ſanctorū patrū. & angelorū choro. Inter quos Dauid cytharā: ante ingredientē & triumphantē in cœlis ſaluatorem: pulſabat.

HYSTORIA ASCENSIONIS DOMINI HANC NARRATIONEM IOANNES EPISCOPVS E GRAECO IN LATINVM TRANSTVLIT.

Oſtq̄m corporeo chriſtus velamīe tectus
Tpis impleuit ſpaciū ſacri uenerādum:
Quod cum terrigenis manſit dignanter homullis.
Q ui ſolus maculis potuit ſine uiuere cunctis.
V t per ſe modo demonſtraret redimendo
G audia perpetue: quondā male perdita: vitæ.
P oſtq; triūphalem ſanctāq; piam quoq; mortē:
Q uam noſtri cauſa pacienter pertulit ergo.
D um victor magno fregit luctamine tela.
H umani generis ſeuiſſima fortiter hoſtis.
S anguinis & preciū proprii gratis dedit amplū:

P ro nobis animā deponens in cruce charam :
N ecnon gloriola ſurgentis rite peracta.
A tq; quater denis diei ſpacii replicatis:
I n quis diſcipulis apparens ſedulo charis .
E ſſe ſua noſtram mōſtrat cū morte peremptam .
N ec mortis vinclis ſe poſſe tenerier artis.
Q ui ſolus culpæ fuerat ſine ſordibus Adæ :
P oſtremo charis iiſdem monſtratus amicis .
M ontis oliuiferi præcelſo vertice quid ni .
A ſtans aſtrigeram mox aſcenſurus ad aulam
A ffaturq; ſuos cum tali voce miniſtros.
V t pater in mundū me promiſit ſibi charum :
S ic ego mitto meos dilectos voſmet amicos.
A t vos in gentes cicius cunctas abeuntes.
I llas perpetue vitæ mandata docete.
C redentes ſacra purgantes ocius vnda.
I n patris & nati pariter quoq; flaminis almi
N omine. quo veteris deponant crimina ſordis
E t virtute mea varios depellite morbos
N ecnon imperio predones cogite veſtro.
S æuos.obſeſſum linquant vt pectoris antrum:
I llis predulcem ſeruantes mentis amorem.
L edere vos odiis qui tentāt ſemper amaris .
E x hoc percertæ poſſunt prenoſcere cūctæ .
G entes:diſcipulos vos eſſe ſatis mihi charos.
S i colitis veſtros puris animis inimicos .
Inetenus memores perſiſtite ſcilicet omnes .
Q ue veſtri cauſa paſſus fuerim ſine cauſa .
N onne meā faciem cherubin non cernere talem
P oſſunt in regno qualis nitet ergo paterno.
I udei ſpurcis hanc ſed ſpreuere ſaliuis.
M axilliſq; meis alapas tribuere malignas .
A tq; manus clauis ligno fixere cruentis.
D e limo pulcrū quis plaſmaui prothoplaſtum.
C um quibus & cœlos extendi deniq; celſos .
N am ſi reſpicio terram pauitat tremefacta .
N ec mis terroris potis eſt inferre potentis :
E t precedentes acriter caput atq; mouentes.
M e male iudei deridebant ſceleroſi.
H ec cum damnādis paterer pacienter ab illis:
I pſos vindicta volui non perdere iuſta :
S ed crucis in ligno mortem gratis paciēdo.
O raui patrem clemēcius omnipotentem.
I llis continuo dimittere crimina tanta .

S uadens exemplo tali que ſunt facienda:
V t mea cœleſtis fieret doctrina fidelis.
E t ne quis fictis auderet dicere verbis.
E cce quod ipſe pati reſpuit:nos ferre ſuaſit.
E t quod nõ fecit:faciendos nos fore dixit.
S ponte prior mortis ſubii diſcrimina triſtis.
C eu paſtor verus.cordis bonitate fidelis.
P ro propriis animã ponens ouibus pie charam:
N ecnõ compleui multum pietate fideli:
O mnia:que vates de me dixere priores.
A c nunc aſcendo:cinctus virtute paterna:
A d patrem victor:ſummũ ſuper æthra locatum.
S ed nõ turbari cordis rogitabo fidelis
V eſtri ſecretũ.quia non vos forte relinquã.
C eu deſolatos in mundo nãqꝫ pupillos.
S acri graciolam uobis ſed flaminis almam:
E mittam cicius.quæ uos uerum docet intus.
I nſuper ipſe dies uobiſcũ ſcilicet omnes
F inetenus maneo:mundi per tempora cuncta:
  Aec ubi dicta dedit.cõuerſus deniqꝫ dixit.
  Ad matrem propriã manſueta uoce Mariam.
N ec contriſteris rogito uirguncula caſta.
C um me precelſos uideas aſcendere cœlos.
T e quia præclarã mundi non linquo lucernam.
A tqꝫ meũ ſanctum migrans nõ deſero templum.
N ec incorruptam uitæ dimitto coronam.
I nueni ſolam pre cunctis te quia caſtam.
C ondignãqꝫ meũ corpus generaſſe ſacratum.
C erte de mundo cum te diſcedere mando:
A d te cœlicolas nõ ſolum mitto cateruas:
I pſe ſed aduenriens:animã ſumã benedictam:
M ultũ ſole quidem rutilanti ſplendidiorem:
N ecnon angelicis deductam ſuauiter hymnis.
O cius aſtrigerã ponam ueneranter in aulam.
A t nunc Ioannẽ tecum remanere fidelem
I mpero.qui gẽmis fulget bene uirginitatis.
V t tua uita magis prefulgeat inclita caſtis:
S epius obſequiis circumdata uirginitatis.
  Ilicet angelicus:dicentẽ talia:cætus.
  IPſum dulciſonis laudãs circũdedit hymnis.
Et mox contegitur ſubito cũ nube ſerena.
C õueniunt illic ueterũ cunei quoqꝫ uatum:
I nter quos medius Dauid rex pſallere doctus.
C antans in cytharis.hortatur talibus orſis.

N atum cœleſtis ſoliũ peciiſſe parentis .
E xaltare ſuper cœlos fortis deus altos .
A tq; ſuper totam mũdi tua gloria terram.
S cilicet angelicis ſuadens ait iſta cateruis :
E xaltate deum modulato carmine noſtrum .
O rantes in monte ſuo crebra præce ſancto .
I ſte deus dominus noſter.conſtat quia ſanctus .
T chriſtus ieſus vultu ridente reuerſus.
Diſcipulis iterum verbis dicebat amicis .
P ax vobis fratres ſemper mihi rite fideles .
V elle meũ qui feciſtis.necnon facietis .
E cce meã ſtabilem vobis do deniq; pacem.
A c vobis ipſam pacem dimitto perennem.
H æc ait & cicius propria virtute leuatus :
A ſcendit.diri victor ſuper æthera lœti .
O bſequio nubis circumſeptus rutilantis .
Q uem ſurſum fixis cum reſpexiſſet ocellis
P lebs doctrix fidei:clauſtris cœli patefactis :
P ergentẽ ſurſum:cunctis famulãtibus aſtris.
M ox duo nempe viri ſtellato cardine lapſi:
A ſtiterant illis:induti veſtibus albis.
Q ui ſatis angelicis dixerunt talia verbis .
D icite poſco viri cur ſuſpicitis galilei ?
V ultibus attonitis ſtantes:oculiſq; ſupinis .
H ic certe Ieſus vobis mirantibus vnus
A ſſumptus.cœlos qui traſcẽdit ſuper altos.
H ac veniet iudex forma:qua pergit ad æthra .
Vnc Dauid chriſtũ cernens ſup æthra leuatũ.
Cõmouit cytharã diuina laude repletam.
H ec & leticia cantauit congrue magna.
A ſcendit deus in iubilo magnus ſuper aſtra.
S candit in q; tubæ dominus clangore ſacratæ.
Oſt hec intonuit ſolio vox patris ab alto:
Dicens ad propriũ diuino famine natum .
T u meus es charus percerte filius vnus:
S emper iure mihi qui multũ complacuiſti.
T u ſine principio:verbum patris quoq; verum
E t mea de cœlo ſolus ſapiencia uera.
A t nunc in dextra uictor requieſce paterna .
G audens.uſq; tuos ponam cunctos inimicos
S anctorũ per ſecla pedum tibi rite ſcabellum.
Oſtquã naturã iam de buſto rediuiuam
Humanam:ſolio chriſtus patris intulit alto.
O mnes angelicæ ſub miſſa uoce cateruæ

L audabant ipſum qui regnaturus in æuũ.
M ortem deuicit moriens: mundũq; redemit.
V t regnare ſuos faceret per ſæcula ſeruos.
Aec quicũq; legat miſerenti pectore dicat:
Rex pie Hroſuithæ parcens miſerere miſelle
E t fac diuinis perſiſtere cœlitus odis.
H anc quæ laudando cecinit tua facta ſtupenda.

ARGVMENTVM IN GANGOLFVM.

Gangolfus ex nobili Burgundiorũ regũ familia & ſanguine natus: & in religiõe chriſtiana inicíatus: A paupere quodã ruſtico ortulum: cum fonte ameniſſimo emerat. cuius amenitatẽ Hroſuithita pulcerrime deſcribit. in hunc ortulũ: orationis & relaxatiõis animi gratia (dum ab armis & repub. vacaret) ſolitus erat cõcedere. quã rem familiares ſui vehemẽter oderãt. factũ igit̃ eſt. vt fons exaruiſſet quẽ ille (baculo in terrã fixo) rurſus largiſſima vena reſtituit: Ita vt illius vnda omniũ morborũ peſtes: haurientiũ & lauãtiũ: fugaret. Tandẽ vxorem ducens: quæ incõtinẽs & impudica fuerat. In amoreq; ſatellitum ſuorum effrena libidine debachata: quod cũ ſancto viro Gangolfo compertũ fuiſſet: Illam de incõtinencia corripuit. illa per ſatellites inſidias Gangolfo ſtruxit. & ab illis interfectus. ſepultus in loco q nil terra dicit̃ miraculis clarens. quod cũ relatum ad Ganeã vxorẽ ſuam fuiſſet: fidẽ miraculis eius derogat. miraculaq; nõ ſecus vt vẽtris ſui crepitũ exiſtimat. Quãobrem in penæ perfidiã. vẽter illi quoad viueret perpetuo crepabat.

PREFATIO IN GANGOLFVM.

Pie luciſator: mundi rerũq; parator:
O Qui cœlũ pingis ſyderibus variis.
Solus & aſtrigera regnãs dnãris in aula
Lumine cuncta tenẽs. imperioq; regẽs:
T u qui per propriũ feciſti ſæcula natum.
E t rerum trinã ex nihilo machinam.
Q uiq; prothoplaſto de terra rite creato:
O ris diuini. nectare nempe tui:
S enſus vitalem ſufflaſti forte liquorem.
V t fixum digiti fiat opus proprii.

T u dignare tuæ perfundere corda famellæ
H roſuithæ : rorentis pie gratiolæ.
C armine quo compto valeã pia pangere facta
S ancti gangolfi. martyris ægregii.
E t laudare tuũ ſemper nomen benedictum.
Q ui poſt bella tuis grata dabis famulis.
P remia perſpicuæ tenui pro vulnere vitæ:
M andans in regno viuere lucifluo.

Paſſio ſancti Gangolphi martyris.

Empore quo regni geſſit Pipinus eoi
Francorũ ſceptra regia pro populo.
Iureq; magnifico rexit Burgũdia regna.
Subiectos frenis rite domando ſuis.
F amoſus iuuenis nutritur partibus illis.
A rmis præualidus: corpore conſpicuus:
N omine Gangolphus. morũ ꝓbitate venuſtus.
O mnibus hic charus extitit & placidus:
I llum nempe ferunt ortum de germine regum.
R egalemq; ſuis moribus ægregiis.
I pſius e matris gremio ſpes pendet in illo:
Q ui verbo cuncta condidit ex nihilo.
G erminis & tanti ſeſe non credit honori.
S ed tranſit meritis ſtemma ſui generis.
Nclita nam genitrix tali fœtu pie fœlix.
In mũdi lucem fudit vt hãc ſobolem.
O cius abluitur vetulis baptiſmate culpis:
Q uas prothoplaſtes obtinuere patres.
C hriſmatis vnguento ſcripto ſibi fronteq; ſigno:
A dſcitur natis æcclesiæ nitidis.
P aſcitur & plenæ fidei mox dogmate trinæ.
D um vagit cuna corpore lacteolo.
L ac quociens ſuxit tociens fidei ſacra ſumpſit.
S uſpenſus matris vberibus geminis.
T alibus incubuit lactis dum gurgite uixit.
H inc pulſus grauido ferbuit ingenio.
C aniciemq; ſenum mẽbris meditando tenellis.
N on raro ſacris nempe uacat ſtudiis.
Vem mox imberbem tota probitate uigẽtem:
Gratia Pipini principis almifici.
R egali nõ immerito ſiſti iubet aula.
A rdenter talem corde colens iuuenem.

S ed pietas illum:q̃muis iuſtiſſima: regis:
D itaret tantæ munere gloriolæ.
R egius vt primis eſſet proconſul ab annis.
T urgenti faſtu nõ tamen erigitur.
P ectore ſed tales humili faſtidit honores.
S uſpirans aulæ munera ſydereæ.
N am patrius cenſus fuerat ſibi maxime partus.
D iuidit & tanto pauperibus ſtudio.
C eu chriſtũ miſeros inter ſentiret egenos:
A rridere ſuo munere fronte pio.
S epe Iob atq; viri normã tractando beati:
I pſe manus manco.pes fuit & podagro.
S e necnon orbo cautũ prebebat ocellum.
E xemplũ cunctis nobile dans populis:
N ec minus humanis ſudauit deniq; cauſis:
A equalem primis ſe faciens dominis.
Am:male ſi noſtras aures ſimulata vetuſtas
Non rebus fictis luſerat:& dubiis:
H ic quẽ noſtra manus cepit iã pingere ſanctus:
E ſt aſſuetus iter quadrupedũ ſequier.
S edulo venando laſſat quoq; membra decora.
S uccumbens chariq; imperio domini.
I pſius & telum nunquã ſcit cedere victum:
C um ſint ferrati compoſiti cunei.
E ffert ipſe ſuũ ſemper ſed ab hoſte triumphum:
T utus diuino cœlitus auxilio.
Erte nõ noſtræ poſſunt dictando camenæ
Compoſito modulis texere dactilicis:
Q uantis dilectum ſignis variauerat iſtum
R ex regum:ſumma pro bonitate ſua.
S ed tamen inculto quãuis ſermone latrabo:
V num de claris pluribus & variis.
V t res facta probat.turmas ducendo preibat.
C apturus populum marte ſatis tumidum:
E xtitit & ſolito victor mox deniq; bello.
E ius non leſo ſanguine purpureo
G entibus aduerſis iuri proprioq; ſubactis:
C enſum ſignauit.pace data rediit.
C ontigit &:ducente via:ſe pergere iuxta
C uiuſdam ſepta pauperis oppoſita.
Q uis latuit pictum vernanti flore locellum
T ectum multiplicis germinis atq; comis
N ecnon fonticulus vitreo candore ſerenus
P rofluxit riuo rura rigans ſtridulo.

H uc vbi preclarus ſenior deduxit ocellos:
P erluſtrans liquidam fonticuli ſcatebram:
F rigoreæ captus limphæ pauliſper amore
S ubſtitit & placitis tardat iter morulis.
E t mittens puerũ ueniſſe rogabat ad illum
F lorigeri dominũ ipſius ergo loci.
Q ui precepta ducis cõplens ex tẽplo iubentis:
Q uo fuerat iuſſus: egreditur cicius.
H unc dux ipſe quidẽ dum reſpexit uenientem:
A ggreditur blandis protinus alloquiis.
A tq; rogans humilis tota dulcedine mentis:
F ormauit lingua talia uerba ſua.
D ulcis amice meis precibus ſis poſtulo largus:
V t uendas purum hunc mihi fonticulum.
Q ui clarus uitreis: & ſuaue ſonãtibus undis.
P rolambens arua hec irrigat atq; tua
E t mox argenti tibi pro mercede probati
L argiter infundo pondera non modica.
A ſt ubi tinnitũ dando promiſſio læta
A ures perſonæ tranſit in exiguæ.
L etatur facies. totæ uolitant quoq; uenæ.
C ordis ſecreto quæ latuere loco.
T unc miſer in talem cepit prorumpere uocem:
V ltra q̃m credas ſpem dubiamq; ſciens.
O noſtrate decus. nulli pietate ſecũdus.
Q uem colit eous mente: fide: populus.
Q uid tibi quid digni potis eſt mea lingula fari:
N onne tuis manibus eſt ſita noſtra ſalus.
E t quicquid mihi per verbũ ſancis faciendũ:
Q uãuis difficile ſit: ſatis atq; graue.
A t tamen eſt æquũ: tibi me parere beate:
V t dudum. ſummo me exiguũ domino.
S i placet hinc vetulum me traſmigrare colonum
N on cõtraluctor. ſed tua iuſſa ſequor.
H ec ait. & preſſis frenat ſua verbula labris:
N ec poſt verboſa quid ſequitur ligula.
T contra vir regalis pie talia fantis
Suſcepit dicta. pro bonitate ſua.
E t cicius dicto: ſoluit promiſſa miſello.
I lli centenos at tribuens ſolidos.
H ec vbi perfecit: raptim redeundo migrauit:
N itens ad patriã pergere poſt habitam.
T unc qui nõ gnari fuerant ſigni venerandi.
O lim facturus quod fuit altithronus.

B laſphemare ducem tacitis cepere ſuſurris.
E t pietatis opus ſpernere: ceu facinus.
Redito nõ latuiſſe dolum pietatis homullũ.
Sed mox nudari clancula dicta ſibi.
Q ui dedit arguto vocem tũc nempe palato.
H is verbiſq; ſuos alloquitur ſocios.
C ur libet o ſocii voſmet reprendere chari.
P lus iuſto: verbis me ſatis illicitis.
C auſa ſtulticiæ dicentes me tribuiſſe:
I gnoto nũmos extraneoq; viro.
M e vacuũ tanti meritoq; dolere locelli.
E t bene a me mercati vtpote fonticuli.
D extera ceu propria cenſus eſt que pie larga.
A urum pro donis ſi dederim minimis.
N on decet hoc noſtris vobis reſerarier orſis:
Q uid velit addicti cauſa ſibi precii.
M entes ſed motas preſtat componere veſtras.
E t rogo parcatis talibus alloquiis.
E vobiſq; virum caute nunc credite gnarum
E miſſis ventis aeribuſq; vagis:
V t iam ſemotũ cicius repetendo locellum
L uſtret. ſit vena fonticuli liquida.
M ore ſuo flores inter bene multicolores
P erſtrepet. vndiſono flumine per lubrica.
T unc patet: ille lucris ſeſe ſubtractat ab illis
R uſticus. ambobus me vacuo penitus.
Ec poſtq̃m memorat. curſim quidã remeabat.
Tantæ dimenſo atq; viæ ſpacio.
O ppido predictũ laſſus peruenit ad aruũ.
Q uo fuerat domino vendita lympha pio.
N on tamen ex templo pedibus: q̃muis curioſus:
A ttigit atrioli limina florigeri.
A pplicat inpexis iuxta ſed ſe paliuris.
N ecnõ hirſutis vepribus. & tribulis.
Q uis fuit incultum ſoli torus vndiq; tectum.
N ec ſpineta pede horruit appetere.
I ungere preſcriptis ardens ſua lumina ſeptis.
V t luſtraret aquæ amniculũ vitreæ.
S ed tamen admotis fruſtra proſpexit ocellis
F ons quia deſierat prorſus & hinc aberat
T unc ſe iuncturas: voluebat mente: per artas
C lare non poſſe cernere ſepiculæ
A c tractim rigida: necnõ ceruice ſuperba:
I ncedens. greſſus vertit in atriolum.

S perans ſub foliis quod forte lateret amænis:
F lorũ multimodis vndula tecta comis.
C umq; lacum peteret: fundumq; ſiti; reprobaret:
Q ui quondã validis luxuriauit aquis.
V ſq; ſolum ſtratus: vacua ſpe nõ bene luſus:
C epit arenoſa lingere nempe loca.
T entans exiguam poſſet ſi lambere guttam
S ed nec preſiccã tinxerat hinc ligulam.
T andem Gangolphi ſenſit pia facta ſacelli
S ed dolet & meritis credere nolle piis.
Inc poſtq̃m rediit. ſocios iterũq; reuiſit.
Aſpexit nubem aere conſpicuam.
I uxta dulce caput chriſti volitare famelli:
I nſtar candiduli deniq; pallioli.
H anc capiens oculis: cepit depromere verbis:
F ontis defectum. quem didicit ſubitum.
S uaſerat & ſociis dubiũ deponere cordis.
E t meritis ſancti iam credulos fieri.
T alia colloquiis dum verba loquũtur amicis:
Applicuere ſui in propriis domini.
M œnia florigero fuerant vbi ſtructa locello:
C ircum difuſis arboribus variis.
H ic chriſti charus greſſum direxit amicus:
M ente libens atrio currere purpureo.
E t baculum tractis geſſit quẽ deniq; neruis.
I n terram fixit. moxq; domũ peciit.
I llic innumeri certabant rite miniſtri:
I nſtantes variis fortiter officiis.
I pſi qui menſas dapibus ponũt oneratas:
P oſcentes tandem ſoluere ſero famem.
S ed prius inualidam iuſſit procedere turbam:
Q uam ſueuit menſa paſcere ſepe ſua.
A c propriis ipſa manibus plene ſaturata:
S e tandem menſa applicat appoſita:
A ccumbunt pariter franci per mœnia fuſi:
Guſtantes; bachica munera lætitia.
Nterea ſomnũ ſydus ſuadebat eoum:
Nox vicina nigras & minitat tenebras:
A tq; quies epulas ſubito ſequebat᷑ amica.
S erpens per membra ebrietate data.
D ux pius inſomnẽ cepit tranſducere noctem:
I ntenta dominũ voce precando ſuum.
Oſtq̃m nox ſciſſis diſceſſit victa tenebris.
Lux orta plagam cinxerat ætheream.

V enerunt pueri.thironũ ſorte potiti.
P ortantes chari calceolos domini.
E t pulſant aulam: noctis pro tempore clauſam:
O rantes aditum iam fieri patulum.
S ed dux pauliſper ſiluit:ſomnũ quoqȝ finxit.
P oſt velut e ſomno euigilans grauido.
S oluere cuſtodi vectes iubet interiores.
P andere tricliniũ militibuſqȝ ſuum.
H is introductis:lymphã manibus petit albis.
S ed nutu domini defuit altithroni.
T unc vir ſecurus chriſti pietate beatus:
V num de pueris ocius ægregiis:
V t ſibi deferret virgam miſit memoratam.
Q uam ſero propriũ fixit in atriolum.
Vi curſu rapido:ſaliendo per herbida rura:
Circũfert lubricos:atqȝ vagos oculos.
I nquirens baculum terræ tepore ſepultum.
E t nactum:tractis arripuit digitis.
E xtraxitqȝ ſolo. parua remanente cauerna.
P oſt hec conſpicuũ vt faceret titulum.
C erto quo facto cecidit nubecula parua.
Q uæ volitans aura ante fuit vacua.
E uomit & tumidas ipſo diſrupta locello:
V ndas preſcripti deniqȝ fonticuli.
M anſuras ſcatabræ venas quoqȝ fixit aquoſæ.
V irgula prefixa quo fuit exigua.
A t puer obſtupuit.vocemqȝ per aera ſpargit.
S uadens militibus currere iam cicius.
I llis atqȝ noui narrauit gaudia ſigni.
Q ue rex milicæ annuit angelicæ.
D um ſubito cuncti tanto ſigno tremefacti:
T ollunt mirantes ad ſuperos facies.
E xpaſſiſqȝ ſuis omnes ad ſydera palmis:
L audum carminula cõcinuere deo.
E cce palatinus peluem manibus tulit vnus:
I mpleuit lympha quem cito conſpicua.
L æto Gangolphum vultu quoqȝ pergit ad almũ.
V t ſibimet ſignum diceret inſolitum.
E t coram tanto ſubſiſtens fronte ſerena.
C onſule.de roſtro hec dedit ægregio
Aetus ait merito ſumas rariſſima dona.
Quæ tibi nõ terra contulit exigua.
S ed rex ipſe poli ſummo de vertice cœli:
P er nubis mirum miſerat officium.

Hinc nos lætitiã conſtat nunc carpere magnam:
S ortitus tantã es quia gloriolam.
Llicet econtra fatur dux ore ſereno.
Reddens reſponſa talia voce pia.
Non decet his meritis inquit ſat credere noſtris:
V nq̃m tantilli nil quia cõmerui.
R eſtat multiplices chriſto ſed pangere grates:
Q ui preſens famulis ſemper adeſt propriis.
D ixerat. & ſolito tinxit ſe fonte nouello.
L otus & altithrono hec cecinit domino.
Semper pietas noſtræ ſpes vnica vitæ.
O vis diuinæ maxima gratiolæ.
O dis quis potis eſt dignis opus omnipotentis:
A rtificis mundi: equiparare dei.
Q ui noua preteritis reddit nõ diſſona ſignis.
Q ui nam per genitũ ſecla regens propriũ:
H ec ſunt virtutis propriæ miracula chriſte.
Q ui quondã populo vtpote iudaico.
P etram iuſſiſti lactes effundere dulces.
E t ſal triſte laci dulce ſatis fieri:
I nde poteſtatis nõ immemor alme tonantis:
Q ua rerum trinam iure regis machinam.
H oc nunc & noſtris voluiſti credere terris:
I udiciũ magnæ nobile gloriolæ.
Q uo diſcant teretem degentes ſepe per orbem.
T e ſemper ſolum eſſe fuiſſe deum.
H oc quoq; nunc Ieſu domino concede precatu:
A bluat vt morbos iſte liquor varios.
Q uo te dulciſonis conlaudet vocibus omnis:
Q ui ſe ſaluatum ſenciat. & validum.
H ec ait. & vocem ſequit̃ ſalus alma loquentem:
F itq; ſalubris aqua. laus tibi ſit domino.
Oſt hec peruaſti volitans cito machina mũdi
Proditrix ſigni fama ſatis placiti.
N on ſolum patrios hortatur nempe colonos:
Q uis fungi dono contigit auriuago.
S ed quoq; languidulos de longinquo pegrinos:
V ndiq; collectos accelerare citos.
E t nullo precio medicinæ ſumere dona.
G uſtando tantum fonticuli modicũ.
C rebrius incultam videas procumbere turbam:
V oluentẽ membra litore languidula.
V t poſſis variis obſeſſos credere morbis
A ffore iudaici languidulos populi.

Q ui quōdā quiuis in porticibus ſalomonis
F uſi:piſcinæ obice bethſaidæ.
C ertabant:medico lymphā turbante ſuperno:
P rimule quis morbos ablueret varios.
L ege quidem tali mira ſub ſorte potiti.
V t mox illapſus exueret dedecus.
P luribus in lucem ſuſpenſis egre ſequentem:
Q ui pro ſpe vitæ efflagitant auidæ.
V t raptim medicus ſupero de cardine lapſus:
Turbaret modicam vel pede piſcinulam.
H aud alias iſti cupiere ſalutis auari:
T angere vel guttam fonticuli minimā.
E t guſtu primo veteri ſanitate recepta:
P ulſabant odis ſydera dulciſonis.
G rates pro tanto reddentes munere chriſto.
Q ui ſancti meritis grata dedit miſeris.
L audibus æque virum tollūt ſuper æthera dignū
T anta ſui cauſa ꝙ tenuere bona.
I vacet:æquales meritis protendere laudes:
Et mores tanti ægregios duculi:
A nte dies noctis peplo velatur olympho:
Q uam metam noſtra obtineat ratio.
H ec ſed linquētes doctis tractanda poetis:
P ingamus cepta nos fragili calamo.
C erte francorū populus dum riſit Eous
I lluſtris meritis & bonitate ducis.
B landitur magnis procerū precibus ſeniorum:
H ic chriſti charus.gentis & omne decus.
Q uo ſibi condignā vellet ſociare puellam.
F œdere legali:cōiugii ſoliti.
N e finem caperet:ſubducta poſteritate:
I nclita regalis proſapies generis.
Is tādē monitis Gangolphus dux venerādus
Sat tactus.blandis atq̃ patrū monitis.
I gni conſpicuā proprio iungebat amicam:
R egalem genere.& nitidam facie.
H anc iuſſit liquidam ſemper deducere vitam.
C ompoſitam caſtis moribus.& ſtudiis.
E i mihi ſed coluber cupidus:verſutus:amarus:
I ngeniū nuptæ illicet indocile.
S cilicet infœlix Gangolphi clericus audax
A rdebat propriā plus licito dominam.
P roch dolor hæc male victa dolo ſerpētis amaro
I nfœlix cicius æſtuat in facinus.

I nherens ſeruo:cordiſq; calore ſecreto:
L egalem dominū reſpuit ob famulum.
Crimina tunc hoſtis ſcalpſit nudare feralis:
Q ue caluit proprio ſtructa fuiſſe dolo.
I mpacienſq; moræ.vacuas iaculabat in auras:
D iuulgando ſuam deniq; leticiam.
Vm fuerat vulgo res diffamata dolenda:
Francorū gentis omnibus indigenis.
P ulſu linguarum tenues cōflatur ad aures
S ancti Gangolphi.conſulis almifici.
V t capiat latebras poſcens illapſa per artas:
Verbula nō minimæ nuncia meſticiæ.
I ngemuit tam triſte nephas digniſſimus heros.
A ngoris magno tangitur & iaculo.
I ntus in anguſto voluit quoq; pectoris aula:
R es ſibi diuerſas:triſte dolendo:duas.
P rimule.vindictam pœnali lege parandam:
P ro ſceleris tanti crimine terribili.
P oſt vero:veniā ſolitæ pietatis amandam.
E t dolet ad tempus hinc nimiū dubius.
C erte ſed meritā ſoluit tandem pie pœnam.
D iffamare ſcelus nec placet vlterius.
S ollicitus tantū miſeræ crimen prohibere.
Nec poſt hec temere viueret in ſcelere.
Vmq; piam curis mentē laxaret in illis:
Contigit atriolo currere ſe proprio.
C ontra fonticuli ſibimet prius hoſtia miſſi:
N ubis per mirū cœlitus officium.
H ic vbi Gangolphus ſubſiſteret ipſe beatus:
C oniunx laſciua affuerat ſubito.
Q uam mox pacificis affatur deniq; verbis:
T alia dictando ore ſatis grauido.
P arte tuam famā didici perſepe ſiniſtram:
Q uod corrupta thoro ſis male ſi proprio.
D iffero ſed vulgo tractare.tui miſerando.
D onec forte ſciam te ne fuiſſe ream.
N ec mando multam ſubito cōcurrere turbam.
A ccitam flendo vndiq; concilio.
V t voluat gnarus ſubtili forte ſenatus.
C auſam.terribilis & meritum ſceleris.
S ed ſuadebo manū dextram te tingere tantum:
P reſentis lympha fonticuli gelida.
E t ſi nō ſubito damni quid contigit. ergo
V ltra iudicio nō opus eſt alio.
Q uæ tunc:plus iuſto: confidens corde ſuperbo:

C onfortante ſuã demone duriciam.
F undo nudatam cõmittit deniq; palmam.
N il ſperans damni poſſe ſibi fieri.
I nter frigoreas ardens ſed comperit vndas:
Q uid poſſet noſtri dextera celſa dei.
S cilicet in madidis audax ardebat harenis:
V ritur & flãmis acriter æquoreis.
E t quæ pacificis faſtidit cedere verbis.
C ogitur æternæ cedere iuſticiæ.
Semper noſtri facilis mutatio chriſti.
O virtus iuſti iudicis æqua dei.
N am quæ iactando finxit ſe triſte dolendo
E xuritur tincti pellicula brachii.
N ec mora. cum palmã retulit quod forte negauit:
P ortauit crudum criminis indiciũ.
H is ita digeſtis: pauitat mens conſcia fraudis.
V ltra nec victæ ſpes fuerat veniæ.
T antũ certa mori. corruptelamq; piari.
L œtali pœna ocius apposita.
S ed triſtis meritam mentis mitigauerat iram.
P rinceps Gangolphus: arbiter ægregius.
M andans vt propria damnãdus clericus ergo
E xpulſus ſubito pergeret e patria.
Q uo ſua finetenus mala defleret ſceleroſus.
S ed pulſus patria eſt & datus exilio.
E t donat miſerã veniæ miſeratus honore.
V ltra ſed proprio non locat in thalamo.
Oſt hec Gangolphi fama creſcente beati.
Laudatrix vitæ quæ fuit almificæ.
V affer deceptor hominũ: captorq; reorum:
E uoluens bilem inuidiæ veterem.
raudibus omnigenis antiquæ calliditatis:
T entauit famam euacuare bonam.
N e gens exemplo tali tantoq; ſuaſa:
A nte ſuperba ſua colla daret domino.
T empore tunc longo ſudauit fraude maligna:
L edere famoſum nec valuit duculum.
I n ſoles quia multomagis vis creuit amoris
I llius magni cordibus in populi.
Oſtremo fraudis: miſerũ circũdedit armis.
Quem ſceleris cauſa reppulit e patria.
S anguinis huncq; ſiti iuſſit feruere ſuperbi.
N ec ſciuit proprio parcere iam domino.
T ali ſuffuſus ſubito cum felle miſellus.

In mortem iuſti eſtuat atq; pii.
A c parili repetens Ganeam feritate malignam:
I lli nudauit omnia que ſtuduit.
O tius hæc eius prauis heu ſubdita votis:
O ptauit citius iam fieri facinus.
T endit & inſidias iuſto clam nempe nephandas:
I mmemor antiquæ vah penitus veniæ:
Q ua ſe de pœna ſoluit iam rite paranda.
N ec patitur vitam morte perire ream.
H is ingrata magis ſocio conſenſit iniquo
S eruiliq; lupa vritur igniculo.
C umq; polũ tegeret tenebris nox cõſcia fraudis:
S enſit damnanda tempus ineſſe lupa.
Q uo male Gãgolphũ poſſunt extinguere ſanctũ
H ec & peruerſo nunciat armigero.
Q ui reſecans coxam ſtricto mucrone ſacratam
S ancti Gangolphi: martyris eximii.
D eſeruit patriam: fugiens cum cõiuge: claram.
R aptus amore ſuæ indomito dominæ.
S ed nõ legalis finem vt neſciuit amoris.
S ic vindicta ſuam neſcit habere moram.
V iſcera ſed ſubito profudit cœlitus. acta
P ridem leticia que fuerãt tumida.
S icq; miſer Cælſa proſtratus vindice dextra:
V ita mercatam perdiderat Ganeam.
Am martyr ſanctus furtiuo vulnere leſus:
Dum mortis guſtum ebiberet rapidum.
N ecnõ ſupremis moriens ſpiraret in horis:
A ſtabat cetus cõminus angelicus.
V oce ciens ſtabilem corpus deponere teſtẽ:
C ontextum venis fictile languidulis.
N ecnon angelicis blanditum ſuauiter hymnis:
M ox cœli calles carpere ſydereas.
O cius expirans animã martyr: bene lotam
A gni lucenti ſanguine purpurei.
T ollitur ex aura: vehiturq; per aſtra ſerena:
I n cœli porta ſiſtitur & domino.
H ic ſibi de chriſto fertur mox laurea rara.
E t manibus brauii palmula perpetui.
L ucentiq; ſtola cuneis cõiungitur albis
P er vulnus lœti quos tenet aula poli.
Vneris interea magni fit pompa parati.
Ornant exequiæ corpus & exanime.
P langebant cuncti caſum tantiq; patroni.
I pſius famuli maxime ſed miſeri.

E ligiturq; locus tumulo locuples venerando.
Q uem tradunt veteres nil vocitare patres.
I llic Gangolphi cōdebant membra beati.
S acros ſpargētes cum lacrimis cineres.
P oſt hec nō raro viſitabāt oſſa ſacrata:
Q uerentes certum deniq; preſidium.
S ternūtur ſacro procerū quoq; corpora buſta.
P ro vitæ cauſis inſtabilis variis.
A ſt qui ſceptra gerit: proſtratus marmore: lambit
E t libat tumulo oſcula marmoreo.
M unere ſpe dictis rogitans quo martyris almi
P ro meritis chriſtus ſit ſibi propicius.
Vid referam turbā templi pro limine iactā?
Quidue loquor vota illius innumera?
H ec certe nullus potis eſt comprendere ſenſus.
N ec poſſunt vllæ dicere litterulæ.
A t contra vero teſtis proſperrimus ipſis
L argitur talis munera dulcedinis.
O mnis vt abſq; mora ſentit fore proſpera cūcta.
E fflagitant teſtem pro quibus ægregiū.
H ic certe lœto cecis viſure parato:
H aurit mox oculis fulmina clara ſuis.
A tq; diu clauſæ reſerantur vocibus aures.
E t greſſus plantis redditur inualidis.
H ic quoq; de variis morbus depellitur ægris.
M undatis membris deniq; languidulis.
O rſis nō valeo digne preclara monere
M unera, que populus hic metit ægregius.
N ec ſolum chari refouent amore patroni:
Q uis ciues tanti contigit eſſe viri:
S ed pariter terris habitātes forte remotis:
S entiſcūt promptum martyris auxiliū.
H inc ſe fœlicē iactat nil terra per orbem.
Q uæ molli gremio confouet oſſa ſacra.
Eniq; ſummatim: cœpi quia tangere ſancti
Gangolphi facta martyris ægregia:
R eſtat vt & tenui repetam ſermone miſellā:
I llius indignam cōiugio: Ganeam:
Q uodq; dedit ſignum merito damnāda baratro.
I nuita propriis cōueniens meritis.
C erte victoris cum iam lætiſſima teſtis
P ulſaret celſi ſydera fama poli.
T otos & ſtabilis fines percurreret orbis.
D iuulgans tantæ gaudia gloriolæ.
G audens: deuotus: quidā currebat homullus:

E buſto ſignis compoſito variis.
O buius atqꝫ lupæ factus ſupra memoratæ:
S ubſtitit. attonitis aſpiciens oculis.
H anc quoqꝫ pro meritis dictis affatur amaris:
C onformans ligula talia verba ſua.
O mnis infœlix flāmis credenda meretrix:
I am ne piget fraudis: pœnitet aut ſceleris:
I n ſanctum domini nō iuſta mente parati.
S olo laſciui conſilio ſocii.
N am miſerādo tui. pando medicamina ſani
O ptima conſilii. mox capienda tibi.
S uadens vt ſacrū queras merendo ſepulcrum.
A bſtergas fuſis & maculas lacrimis.
I llic exanimis ſancte quia condita teſtis
P refulgent ſignis fragmina nō minimis.
E t licet indignam. ſpero te poſſe miſellam:
S i defles culpam: conſequier veniam.
Eſtiferis ſed mens viciis male dedita totis:
Ad vitæ rectam rennuit ire viam.
S olaqꝫ nunc lætæ cōplectens lubrica vitæ:
N on curat patriæ gaudia perpetuæ.
S ic hæc infœlix cōmiſſi criminis auctrix:
F aſtidit verbis cedere pacificis.
S e quia credebat cauſis totam perituris.
N ec ſpem manſuris geſtit habere bonis.
Cilicet. auditis verbis nō falſa loquētis.
Intorquens oculos ſubdola ſanguineos:
E xagitat caput indomitū impaciēter in illum:
E t latrat roſtro talia peſtifero.
C ur loqueris: fruſtra ſimulans miracula tanta:
S edulo Gangolphi pro meritis fieri:
H ec que dicūtur: certe nō vera probantur.
N on deſint ſigna illius vt tumulo.
H aud alias q̄m mira mei miracula dorſi
P roferat extrema deniqꝫ particula.
Ixerat. & verbum ſequitur mirabile ſignum:
Il li particulæ cōueniens propriæ.
E rgo dedit ſonitum: turpi modulamine factum:
P rofari noſtram quale pudet ligulam.
E t poſt hec verbum quotiens formauerat vllum:
R eddidit incultum hunc totiens ſonitum.
V t quæ legalem reſpuit retinere pudorem:
S it riſus cauſa omnibus inmodica.
F inetenuſqꝫ ſuæ portet per tempora vitæ:
I ndiciū proprii ſcilicet obprobrii.

PASSIO SANCTI PELAGII PRECIOSISSIMI MARTIRIS QVI NOSTRIS TEMPORIBVS IN CORDVBA MARTYRIO EST CORONATVS.

ARGVMENTVM IN EANDEM.

Abdrahemen mauritaniæ tyrãnus: ſectam ſarracenorũ ſequẽs: in Hyſpaniã traiecit. omẽſq; chriſtianos ſuppliciis affecit. aut in ſectã ſuã coegit. Cum Cordubã inſignem Hyſpaniæ vrbẽ cepiſſet: maiores vrbis necauit. aut pecuniã pro his accepit. Cũq; nobili ciui tãtam ſummã pecuniæ impoſuiſſet: quã pendere tyrãno nõ poſſet. & in carcerẽ duci deberet. filius pietate pr̃is motus: ꝓ eo vincula ſubiit de cuius pulcritudine dũ ad tyrannũ relatũ eſſet: e carcere adoleſcens ducit̃: tyranno offert̃: vt libidini ſue pareret. Cũq; fœdus tyrãnus multis precibꝰ inſtaret: adoleſcens pugno petentẽ oſcula ſua tyrãnum cedit: Tyrãnus illius abnuentẽ amplexus funda & baliſta trans murũ in fluuiũ qui Cordubã alluit traiecit: cuius corpus ripis ſaxeis colliſum. a piſcatoribus colligit̃. & a ſatellitibus tyrãni truncat̃. Tandem religioſiſſime a ciuibus ſepelitur.

PREFATIO HROSVITE IN PELAGIVM.

Nclite Pelagi martyr fortiſſime chriſti:
Et bone regnantis miles ꝑ ſæcula regis
Reſpice Hroſuithã miti pietate miſellã
Me tibi ſubiectã deuota mẽte famellã.
Q uæ te mẽte colo. carmẽ quoq; pectore promo.
E t fac exigui ſupero de rore rigari
P ectoris obſcurum iam mis clemencius antrum:
Q uo poſſim laudum condigne mire tuarum.
F amoſumq; tuũ calamo ſignare triumphum.
E t quem nobiliter mundũ cũ morte cruentũ
V iciſti: nitidam mercatus ſanguine palmam.

Sequitur Hyſtoria.

Artibus occiduis fulſit clarũ decus orbis
Vrbs auguſta noua, martis feritate ſuꝑba
p Quã ſatis hyſpani cultã tenuere coloni.
Corduba, famoſo locuples de noĩe dicta
I nclita deliciis, rebus quoqꝫ ſplẽdida cũctis.
M axime ſeptenis Sophiæ repleta fluentis.
N ecnõ perpetuis ſemper preclara triumphis.
O lim quæ chriſto fuerat bene ſubdita iuſto.
F udit & albatos domino baptiſmate natos:
B ellica ſed ſubito virtus: bene condita iura
M utauit ſacræ fidei, ſpargendo nephandi
D gmatis errorem, populum leſitqꝫ fidelem.
Erfida nam Saracenorũ gens indomitorum
Vrbis marte petit duros huiuſce colonos.
E ripuit regni ſortem ſibi vim quoqꝫ clari.
E xtinxitqꝫ bonũ regem baptiſmate lotum.
Q ui pridem merito geſſit regalia ſceptra.
E t ciues iuſtis domuit quot tempora frenis.
H oſtili ferro certe quo iam ſuperato:
A c reliquo victo tanta de cede popello:
D uctor barbaricæ gentis: ſtructor quoqꝫ pugnæ:
V ir ſat peruerſus: vita rituqꝫ prophanus.
V indicat imperii ſortem ſibi deniqꝫ tanti.
C ollocat & ſocios populato rure nephandos.
I mplens merentẽ nõ paucis hoſtibus vrbem.
P olluit & veterem puræ fidei genitricem.
B arbarico ritu, quod nam miſerabile dictu.
P aganos iuſtis intermiſcendo colonis.
Q uo ſibi ſuaderent patrios diſſoluere mores.
D eqꝫ prophanato ſecum ſordere ſacello.
Gmen ſed tenerum chriſto paſtore regẽdum:
Iuſſum peruerſi reſpuit mox triſte tyranni.
D icens malle mori, legem quoqꝫ morte tueri.
V iuere q̃m ſtulte ſacris famulando nouellis
Q uo rex comperto: non abſqꝫ ſui fore damno
S enſit, ſi cunctis pariter prediuitis vrbis.
Q uam crebro validæ cepit luctamine pugnæ
C iuibus: excidium mortis conferret amarũ.
O b quod decretum prius immutãdo ſtatutum.
S anxit mox legem vulgato dogmate talem.
V t quiſquis regi mallet ſeruire perenni:
E t patrum mores olim ſeruare fideles:
H oc faceret licito, nulla poſt vindice pœna:
H ac ſolum caute ſeruata conditione.

N e quis prefatæ ciuis preſumeret vrbis.
V ltra blaſphemare diis auro fabricatis.
Q uos princeps coleret ſceptrū quicūq; teneret.
S eu caput exacto cicius ſubiungere ferro.
E t ſentenciolam lœti perferre ſupremā.
Is ita digeſtis ſimulata pace quieuit.
Obruta mille malis totiens vrbs nēpe fidelis.
S ed ſi quos ignis chriſti ſuccendit amoris:
M artyriiq;.ſatis ſuaſit corrūpere dictis
M armora.que prīceps cōptus dyademate ſuplex
C orpore proſtrato veneratur ture Sabeo.
H os capitis ſubito damnauit deniq; pœna.
S ed ſuperos animæ pecierūt ſanguine lotæ.
Aſibus his plures voluebat Corduba ſoles.
Subdita per longū paganis regibus æuū.
D onec ſub noſtris quidam de germine regis
T emporibus:regnū ſuſcepit forte parentum.
Eterior patribus.luxu carnis maculatus
Abdrahemen dictus.regni ſplēdore ſuꝑbus.
Q ui nam chriſticolis faciebat more parentis.
L ibrans arbitriū fidei ſupra memoratum
N ec ſatis iniuſtum.ſoluit pietate decretum.
A uctor quod ſceleris populator perfidus vrbis
S anxit.dum regem ſuperaret marte fidelē.
S ed voluens animo:ſeruās quoq; corde ꝑfundo:
S epius innocuo madefacit ſanguine rura;
C orpora iuſtorum cōſumens ſancta virorum.
Q ui chriſto laudes ardebant pangere dulces:
I pſius & ſtultos verbis reprehendere diuos.
I nſuper & tanto faſtu ſe iactat in aula
S acrilegus.meritas cumulās ſibi deniq; pœnas:
V t regem regū ſemet fore crederet ipſum.
E ius & imperio gentes omnes dare colla:
V llum nec tanta populum feritate refertum:
Q ui tentare ſuas auderet marte cateruas.
Vm tumuit faſtu licito iactantius iſto.
Audiit inde locis gentem degere remotis:
G allicia regione ſitam:belloq; ſuperbam.
C hriſti cultricem.ſimulacrorūq; rebellem.
Q uæ ſua continuo tentaret ſpernere iura:
V elle negans dominis olim fore ſubdita prauis.
Q uo rex comperto:feruebat demonis ira.
C orde gerens veterem ſerpentis deniq; bilem.
V oluebatq; diu flāmato dedecus aſtu.

Q uid faceret tantis: animo tractans: inimicis.
T andem nempe dolo cunctis iam forte retecto:
A ffatur proceres prediuitis vrbis heriles:
T alia peſtifero latrando verbula roſtro.
N on latet imperio reges ſuccũbere noſtro.
V iuere noſtrarũ necnon moderamine legum.
O mnes oceanus gentes quas circuit altus.
S ed quæ Gallicios retinet fiducia captos
N eſcio: graciolæ reſpuant vt fœdera noſtræ.
E t tandem veteris ſint ingrati pietatis.
R eſtat vt armatis repetamus quippe lacertis
G allicios: hoſtes agitando forte rebelles.
D onec ex noſtris ſtrati per ſæcula telis
I nuiti noſtris ſubmittãt colla catenis.
Ec poſtq̃m iactat. cauſamq́ꝫ doli mẽorabat:
Iuſſit collectis vulgus cõcurrere turmis:
A rmorũ variis inſtructum deniq́ꝫ ſignis.
P ergeret vt gentem ſecum delere fidelem.
O ſtentatq́ꝫ ſuũ gemmato caſſide uultum.
F errea laſciuis imponens tegmina membris.
T ali cumq́ꝫ locum peteret pompa memoratum.
E t gentem primo tentaret deniq́ꝫ bello.
E x templo tantũ ſortitur namq́ꝫ triumphũ:
V t iam bis ſenos: una cũ principe captos:
Illaqueat comites. artis ſtringitq́ꝫ cathenis.
Is procerũ damnis magna feritate paratis:
Ceſſit uicta ſuis fidiſſima gens inimicis.
S ubditur atq́ꝫ iugo peruerſi regis iniquo.
T unc reſtaurato rurſus quoq́ꝫ fœdere primo:
L oris procedunt uincti comites duodeni.
C um concaptiuo uicti rectore popelli.
Q ui cicius uinclis diſſoluũtur reſolutis.
E xempti propriæ precio gazæ numeroſo.
S ed ducis eſt preciũ iuſſu regis duplicatum.
V ltraq́ꝫ q̃m propriis poſſit perſoluere gazis.
C umq́ꝫ ſui cauſa regi deferret auaro
Q ue quidẽ habere domi ſibimet ſueuit precioſi.
C aſu condicti paruũ quid defuit auri.
Q uod rex ſentiſcẽs. fraudẽ quoq́ꝫ mẽte reuoluẽs.
D ixit. nolle ducem populo dimittere dulcem:
N i prius indictum plene ſoluat ſibi cenſum.
N on ſiciens tantũ precii quod defuit aurum:
Q uantũ rectorem populi geſtit dare morti.
Vi fuerat natus preclari germinis unus:

O mni prenitida compoſtis corpore forma :
N omen Pelagius.formæ ſplendore decorus.
C onſilio prudens.tota bonitate refulgens.
Q ui vix tranſactis iam tūc puerilibus annis.
A ttigit ætatis primos flores iuuenilis.
C umq; ſat inmitem patri ſciret fore regem :
T ali merentem blandit' voce parentem.
Mi chare pater mea ſuſcipe verba libenter :
Et que cōmoneo ſenſu bene pcipe prompto.
C alleo namq; tuam ſenio decreſcere vitam.
V iribus & propriis neruos penitus vacuatos :
N ec te poſſe quidem leuis quid ferre laboris.
A ſt ego ſed validis dominabor quippe lacertis :
A d tempuſq; potens dominis ſuccūbere duris :
Q uapropter moneo:precib9 blandiſq; rogabo :
V t regi natum me deponas tibi charum.
D onec ſufficias precium perſoluere totum.
N e tua canicies vinclis intercidat artis.
T ſenior contra dicebat voce ſeuera :
Deſine tanta loqui dulciſſime deſine fili.
N e merore meos ducas in tartara canos :
N onne ſalute tua pendet tantū mea vita.
E t ſine te ſpaciū valeo pie viuere nullum.
T e decus omne meū.tu gloria magna parentū :
E s quoq; ſubiecti nobis ſpes ſola popelli.
Q uapropter patriā preſtat me linquere charam.
N ecnon hyſpaniā uinctū penetrare ſuperbam.
Q uā te grandeuæ vinclis ſpem tradere vitæ.
On tulit ergo patrē Pelagius iſta ſequentē.
Sed mulcet dictis mentē chari genitoris.
E t cogit blandis quod ſuaſit velle loquelis.
C onſenſit precibus tandem genitor venerandus :
T radidit & natum.ſemet redimēdo miſellum.
T unc rex Pelagiū iuſſit perducere ſecum.
E t lætus rediit patriā victorq; reuiſit.
Vllus pro meritis credat factū fore regis :
Hoc quod tā pulcra uincebat deniq; pompa.
S ed mage iudicio ſecreto iudicis æqui.
V t populus tanto correptus rite flagello :
F leret tocius proprii cōmiſſa reatus.
V el ꝙ Pelagius chriſti pro lege necandus :
F orte locum peteret quo ſe morti dare poſſet.
N ecnon ſanguineū pro chriſto fundere riuū.
I mpendens animā domino bene morte piatā.

Oſtq̃m rex vrbem tetigit ſeuus locupletem :
Portans preclarũ uicta de gente triumphũ :
I licet ægregiũ chriſti precepit amicum:
C arceris in tenebras vinctũ ſubmergere nigras .
D eliciiſq; cibo nutritũ paſcere paruo .
Orduba namq; locũ ſeruat ſub fornice tetrũ
Oblitum lucis . conſignatũq; tenebris .
M axima qui miſeris fertur fore cauſa doloris .
I llic Pelagius prepollens pacis alumnus :
C lauditur imperio regis cogente nephando .
I llic ergo viri venerunt ſedulo primi .
M ulcendo mentẽ iuuenis cauſa pietatis .
Q ui cũ uidiſſent uultũ capti ſpecioſum .
N ecnon predulcis guſtaſſent ipſius oris
V erbula rhethoricæ circumlita melle loquelæ :
O ptabãt ſpeciem vinclis abſoluere talem .
H ec & ſuaſerunt regi iam ſceptra tenenti .
Pſum fœlicis certe ſummũ caput vrbis:
Corruptũ viciis cognoſcebant ſodomitis;
F ormoſos facie iuuenes ardenter amare .
H as & amiciciæ propriæ cõiungere velle .
H uius namq; rei memores animo miſerãti:
C auſa Pelagii ſuaſerunt talia regi .
On decet ergo tuũ princeps fortiſſime ſceptrũ
Duriter vt puerũ mandes punire decorum .
O bſidis:& teneros inſontis ſtringere neruos .
E ius prenitidam velles ſi cernere formã:
E t tam mollitam ſaltim guſtare loquelã:
Q uam cuperes iuuenẽ tibimet cõiungere talem :
G radu miliciæ necnõ aſſumere primæ .
C orpore candidulo tibi quo ſeruiret in aula .
Is rex mollitus dictis . hac voce coactus
Iuſſit Pelagiũ nodis euellere duris .
O mneq; lauacro corpus detergere puro .
L ætaq; purpureo circumdare tegmine membra .
C ollum gẽmatis necnon ornare metallis .
Q uo bene cõſtructa poſſet fore miles in aula ;
C æſaris imperio tũc hec vrgente ſuperbo .
E x templo nigris martyr producitur antris .
S iſtitur atq; toga regali comptus in aula .
Vmq; palatinis medius foret ille locatus:
Vincebat ſocios vultus ſplendore togatos .
I n quem cõuerſis omnes mirantur ocellis .
T um faciem iuuenis:tum dulcia verbula fantis .

A ſpectu primo quoqꝫ rex ſuſpenſus in illo.
A rdebat formā regalis ſtirpis amandam.
T andem Pelagiū nimiū mandauit amandum.
I n ſolio regni ſecum iam forte locari.
I gnis vt ipſius fieret ſibi ſedulo iunctus.
F ronteqꝫ ſubmiſſa libauerat oſcula charo.
A ffectus cauſa complectens vtpote colla.
On patitur talem chriſti nam miles amorem:
Regis pagani: luxu carnis maculati.
A urem regali ludens ſed contulit ori.
M agno ridiculo diuertens ora negata.
F atus & ægregio dicebat talia roſtro
N on decet ergo virum chriſti baptiſmate lotum
S obria barbarico complexu ſubdere colla.
S ed nec chriſticolā ſacrato chriſmate tinctum
D emonis oſcillum ſpurci captare famelli.
E rgo corde viros licito complectere ſtultos.
Q ui tecum fatuos placantur ceſpite diuos.
S intqꝫ tibi ſocii ſerui qui ſunt ſimulacri.
Ed rex econtra nulla cōmotior ira:
Molliter ephœbum dicēs mulcebat amandū.
O laſciue puer: iactas te poſſe licenter
S pernere tam mitem noſtri iuris pietatem.
A udacterqꝫ diis totiens illudere noſtris.
N ec monet ætatis preſens damnū iuuenilis:
E tqꝫ merentes orbabis forte parentes.
N oſtri blaſphemos vrget cultus cruciandos.
S ubdere vos morti. veſtros iuguloſqꝫ forari.
N i cedant. & blaſphemā reſpuant rationem:
H ortatu moneo quapropter quippe paterno:
T alibus vt verbis parcas ſeuæ rationis.
E t mecum ſtabilē comportes mentis amorem.
N ec tentes noſtrū poſt hec offendere iuſſum.
M agno ſed ſtudio ſerues mea dicta ſequenda.
T e quia corde colo. necnō venerarier opto.
T anto precunctis aulæ ſplendere miniſtris:
A lter vt in regno ſis me preſtante ſuperbo.
Ec ait. & dextra cōpreſſit martyris ora.
Aſtrictum leua complectens colla ſacrata:
Q uo ſic oſcillum ſaltim configeret vnum.
C allida ſed teſtis confudit ludicra regis.
O ſqꝫ petit ſubito pugno regale vibrato.
I ntulit & tantū pronis obtutibus ictum:
S anguis vt abſqꝫ mora ſtillās de vulnere facto:

Hiſtoria Pelagij

B arbam fœdauit. necnō veſtes madefecit.
Vnc rex nō modicam triſtis cōuerſus in iram.
Iuſſit Pelagiū: cœleſtis regis alumnum:
T rans muros proiici. iactum fundo machinali.
C rebro bellantes ſaxis quæ perfodit hoſtes.
N obilis vt teſtis fluuii colliſus harenis:
V rbem quæ vaſto propius circūfluit vnda.
M embratim creperet raptim. fractuſqꝫ periret.
T alia iactanti parebant forte miniſtri.
M ox & inauditā ſtruxerūt deniqꝫ pœnam.
F unda Pelagiū iacientes martyriſandum.
V rbis famoſæ trans maxima mœnia longe.
S ed licet ingentes obſtantes vndiqꝫ rupes
A rtarent teſtis corpus predulce cadentis:
A ttamen illeſus chriſti permanſit amicus.
Erte regales citius peruenit ad aures.
Martyris alliſi corpus nō poſſe ſecari.
I nfigi ſcopulis ripæ quod iuſſit acutis.
H ic magis offenſus. penitus fuerat quia victus.
M ox caput exacto iuſſit ſuccidere ferro.
E t ſentenciolā ſic exercere ſupremam.
D eniqꝫ lictores regalia iuſſa trementes:
M ox chriſti teſtem gladio ſecuere fidelem.
F unus & extinctum lymphis credunt retinēdū.
Am miles regis proſtrata morte perennis:
Victor ſtelligeri volitat per ſydera cœli.
C œlitus angelicis deductus ſuauiter hymnis.
I udicis & veri cœli ſuper aſtra locati:
E dextra nitidam ſuſcepit congrue palmam:
P ro nece martyrii laudando fine peracti.
S ed nec feruentis brauio fraudatur amoris:
Q uo ſemet vinclis pro vita deniqꝫ patris
I mpēdit. patriā linquens gentemqꝫ ſubactam.
T andem nulla piis potis eſt depromere verbis
L ingula: aureolam cœleſti luce coruſcam:
Q ua bene ſeruata fulget pre virginitate.
A diunctus turmis cœleſti ſede receptus.
A gno cantamen modulando perenniter amen.
Oſtq̄m lictores regis decreta ſequentes
Funeris exuuias extincti ſat generoſas
L ympharū gremio credunt. in ſaxaqꝫ figunt.
V t ſacri tumulo cineres eſſent ſine digno.
C hriſtus qui proprios patiť nō perdere ſanctos:
P redari modicū capitis vel forte capillum:

N on tulit in lympha teſtem remanere fidelem.
I lli ſed dignum prouidit rite locellum.
Q ui ſancti tumulo ſeruaret membra ſacrata.
Am piſcatores lymphas remis reſecantes.
Fluctiuagoſq; greges variis laqueis capiẽtes:
L ittoris extrema viderunt corpus in ora:
I nter grandiſonas agitari martyris vndas.
E minus hoc cautis cernentes nempe pupillis.
I llic vela dabant citius. corpuſq; leuabãt.
N ec iam perſonæ noſcunt formã uenerandæ.
I llita purpureo fuerant quia ſanguine membra.
E t caput ægregiũ iacuit procul amne reuulſum.
Sed tamẽ hoc ſapiũt. ꝓmpto quoq; pectore credũt
Q uod hic quiſquis erat: chriſti pro lege cadebat.
I llic hi ſoli quia damnãtur capitali
P œna: qui ſacra tincti baptiſmatis unda:
N on metuũt crebro regis reprendere ſacra.
Vmq; caput nanciſcentes: colloq; locantes:
Pelagii faciem cognouerũt rutilantem.
R umpunt in tales miſeranti pectore uoces.
H eu iacet exanimis propriæ ſpes unica gentis.
A tq; decus patriæ tumuli ſine ſordet honore.
N onne ſatis multis ſcimus nos uendere ſeclis:
S emper ſanctorũ corpuſcula paſſa virorum:
Q uos capitis cedes monſtrauerat eſſe fideles.
E t quis laudabilis dubitet corpus fore teſtis.
Q uod truncus miſere capitis iacet abſq; decore.
Ec vbi dicta dabãt. naui pia mẽbra locabãt.
Et citius verſis remigabant deniq; velis:
F amoſæ cunctis ad portam gentibus vrbis
H ic quoq; ſubducta iam proceſſere carina.
E t clam cænobiũ chriſto peciere ſacratum:
I ntra nõ modicos vrbis venerabile muros.
P ortantes precio vendendũ deniq; magno:
E xtincti teſtis funus venerabile terris.
Q uod gaudens hymnis ſuſcepit turba fidelis
S uauibus. exequias celebrans de more ſacratas.
L argiter & preciũ nautis tribuit ſuper auctum.
A rdeſcens ſancti mercari corpus amandi.
Q uo nam mercato: precii nõ munere pauco
E ligitur tellus membris locuples retinẽdis.
I n qua ſuprema buſto pompa reparato:
G lebæ ſub cumulo condunt fragmina ſacra.
Q ue mox ſtelligeræ regnator maximus aulæ:

I n tumulo ſignis iuſſit fulgere coruſcis.
I n cœlis anima ſatis vt regnante beata:
A equa gloriola regnarent mortua membra:
Eniq; collectus cernens ex vrbe popellus:
Non pauco variis obſeſſos tempore morbis
M undatis illic fœdis putredine membris:
S aluari gratis nulla mercede ſalutis.
N am rudem meriti ſanctũ titubat fore tanti:
I llius vt cauſa fierent miracula tanta.
T andem cœnobii princeps: rectorq; popelli:
O ptima conſilii tractans medicamina ſani:
S enſit celſithronũ deuota mente precandum.
Q uo iam dignanter: ſolita pietate: patenter
D etegeret dubio cauſæ ſecreta remoto.
Q uod mox perſonæ ſexus optant vtriuſq;.
P arcius atq; tribus ſociatæ ſponte diebus.
D ulcibus inſtabant hymnis. precibꝰ quoq; ſacris
H is certe uotis deuota mente peractis.
M item mollitũ regem ſenſere polorum.
E ſſe ſuis preculis: ſtudioſo murmure fuſis.
N ecnon iudicio dubiæ pronum fore cauſæ.
E t cito fornacẽ cogunt feruere minacem:
I gnibus appoſitis toto conamine ſtructis.
Vmq; focus gremio fureret fornacis ĩ amplo.
M ox caput abſciſum chriſti ſumpſere famelli
T alia blandiloquis palpantes uerbula linguis.
R ex pie: ſyderea dominator nobilis aulæ:
O mnia iudicio qui ſcis diſcernere iuſto:
I llius meritum ſancti fac igne probari.
E t ſi ſit tantæ fultus bonitatis honore:
E ius ut ex meritis fierent hec dona ſalutis.
F rontis pelliculam facito non tangere flãmam.
V erticis illeſos omnes quoq; redde capillos.
S in uero meriti conſtet fortaſſe minoris:
M anda pro ſigno ſaltim ledi cute ſumma.
I uxta naturã fragilis carnis perituram.
T alia dicentes: clarum caput igne probandum:
C redunt flãmiuomis ſaltim ſurgẽtibus vndis.
E t tandem plenæ ſpaciũ poſt vnius horæ
H oc ipſum rapidis extollunt deniq; flãmis.
L uſtrãtes oculis damnũ ferret ne caloris.
Q uod iam ſplẽdidius puro radiauerat auro:
E xpers odoris penitus. tantiq; caloris.
H inc ſurſum verſis laudauit turba fidelis

V ultibus altithronũ modulãti carmine chriſtum.
Q ui totiens tantis fecit ſplendeſcere ſignis
F ragmina cõſtantis pro ſeſe mortua teſtis.
H ec & mauſeolo digne condens venerando:
D igno percerte ſupplex veneratur honore.
F inetenus merito vulgo bene credula noti.
C œlitus atq; dati ſemper gauiſa patroni.

LAPSVS ET CONVERSIO THEOPHILI VICEDOMINI.

Argumentũ in Theophilum.

Theophilus adoleſcens ſingularis indolis & ingenii: In Sicilia auo ſuo Epiſcopo cõmendať. qui illũ archidyaconũ (qui oculus epiſcopi in canonib9: hic vicedomin9 vocať) creať. Auo defuncto. plebs illi epiſcopatũ offert. ille corã metropolitano abdicat. Alter electus. qui eũ ab archidyaconatus officio depoſuit. Ille ſe videns ſpretũ & abiectum: Hebreũ pro officio priori cõſequendo cõſulit. ille dyabolũ euocat. & ſeipſum ei deuouit. & officio reſtituitur. Tandẽ penitẽtia ductus auxiliũ glorioſe virginis Mariæ implorauit. Cuius tandẽ interceſſionibus datũ dyabolo Cyrographũ recuperauit. Seipſumq; totum Sanctimoniæ vitæ deuouit.

INCIPIT HYSTORIA.

Oſtq̃m lux fidei creſcẽs per climata mũdi:
Siciliam tenebris errorũ ſoluit ab atris.
Vir ſatis illuſtris nutritur partibus illis:
N obilitate potens: meriti ſplendore refulgens:
H icce Theophilus fuerat de nomine dictus.
P uri ſacrata tinctus baptiſmatis vnda.
Q uem deuota patrũ diuinis cura ſuorum
O bſequiis igitur primis ſignauit ab annis.
A tq; ſui dulcem pie ſollicitando nepotem:
C uidam pontifici credidit nimiũ ſapienti.
Q uo nutriret eum ſtudio florente docendum.
I pſius ingeniũ: mentiſq; rigaret agellum.
D e Sophiæ riuis ſepteno fonte manantis.
Vmq; pio ſatis exhauſti puero foret ipſi.
Digno cõfeſtim prouectus honore gradatim
P eruenıebat ad officiũ ſibimet ſatis aptum.
Q uod lingua vulgi ſcimus dictũ vicedomni.

H ac igitur tanti pompa ſplendoris adepta:
P ontifici ſe ſubiectum cleroqꝫ modeſtum.
P rebuit. atqꝫ pium populo. cunctiſqꝫ benignū.
C ōmiſſoqꝫ gregi ſtudio preerat vigilanti.
M axime ſed chriſti minimis miſeriſqꝫ pupillis:
A c caſtis viduis: necnō cunctis peregrinis:
V eſtes & victum dextra tribuit bene larga.
H oſpiciūqꝫ vagis nunq̄m claudebat ægenis.
H inc igitur conſors omnis deuotio plebis:
A ffectu tenero cordis pendebat in illo.
I pſum ſeu dulcem venerātur amando parentē.
Nterea vir ſummorū preſul meritorum:
Cœlitus acceptum direxit ad æthera flatum.
Q uo nam defuncto: gremio terræqꝫ locato:
C onſenſu plebs clamabat cōcorditer omnis:
R eſpondēs cleri votis eadem cupientis:
H unc fore precipuis aptum meritis uicedomnū:
V t culmen ſedis captaret pontificalis.
S ummi pontificis curamqꝫ teneret ouilis.
H oc quoqꝫ perſuadere ſuo metropolitano:
P ontifici ſcriptis feſtinabant cito miſſis.
C uius iudicio ſtatui paſtor ſapienti.
D ebuit æccleſiæ tali condignus honore.
Vi bonitate uiri comperta namqꝫ benigni:
Se completurū promiſit uelle precantum.
E t ueniſſe uirum iuſſit maturius ipſum.
A ffectu populi tanto quem ſenſit amari.
I lle ſed execrans talem conſtanter honorem.
P reſulis imperio parere negat ueniendo.
D onec inuitus trahitur. turbis glomeratur.
E t cum pontificis preſentaret᷑ ocellis:
S tratus aduſqꝫ ſolum: voces ſpargebat in altum.
I nfectum viciis ſeſe dicens fore multis.
N on aptum ſancto chriſti populo dominari.
Is igitur querulis iterata voce profuſis:
Antiſtes ſummus ceſſit poſtremo coactus.
H uncqꝫ deus talis qui faſtidiuit honoris:
I niunctæ vacuū curæ conceſſit abire.
C onſtituens aliū. rectoris nomine dignum:
Q ui nam paucorū poſt interualla dierum:
Q uorundā blandis clam ſeductus ſuadelis.
S ubiectis alium cito prepoſuit vicedomnū.
A tqꝫ Theophilū ſummis meritis venerandum
M ouit ab officio; multos quo fungitur annos.

I ſtec ſed fragilis tolerans pacienter honoris
D amnum.triſticiā pellit de pectore cunctam.
G audebatqꝫ ſatis ſeſe iam poſſe vacare
T anto liberius ſtudio chriſti famulatus:
Q uanto curarum ſecurus erat variarum.
Vius mox mentē deteſtatur pacientem:
Totius humani generis ſeuiſſimus hoſtis:
E t qua primates decepit fraude parentes:
H ac huiuſce viri pulſat penetralia iuſti.
A dducens eius fragili ſepiſſime menti
B landa poteſtatis delectamenta prioris.
D eſpectuſqꝫ grauem facti nuperrime ſortem.
N ec laqueos harum retraxerat inſidiarum:
D onec captiuũ chriſti duxit ſibi ſeruum.
N ec mora vir fortis:vita meritiſqꝫ celebris:
M entis virtutē demens abiecerat omnem.
N ec tentamentis ſtuduit reſtare nephandis.
S ed uictus ceſſit.mentiſqꝫ dolore tabeſcit.
Q uiqꝫ prius plebi ſpreuit princeps dominari:
A ffectat iuris pompas nunc inferioris.
T andem ſeductus cœcato corde miſellus.
Q uendam peruerſum peciit feſtinus hebreũ:
Q ui magica plures decepit fraude fideles.
P rolambenſqꝫ ſuas proſtrato corpore plantas:
I pſius auxiliũ flagitat lacrimando nephãdum.
Q ui ſuper errantis lapſus gaudēdo malignus:
N octe proculdubio iuſſit ueniſſe futura.
P romittēs promptam deſpectus eſſe medelam:
S i parendo ſuis uellet tantum ſuadelis.
S ub ditione ſui poſt hec habitare magiſtri.
Is hic infœlix monitis captus male blandis:
Demonis obſequio ſeui geſtit religari.
Q uo ſic vmbratilis munus meruiſſet honoris.
Q uem nec ſignatũ ſigno ſanctæ crucis almo.
S ed mage demonicis confidentē ſuadelis:
O cius ille magus ſecum duxit maledictus
T rans vrbem:ſub nocturnis ſecreto tenebris.
I ntulit inque locum multo fantaſmate plenum.
I n quo tartarei ſteterant in veſte coloni
A lba.candelas plures manibus retinētes.
I nter quos medius princeps reſidebat iniquus.
Q ui rex eſt mortis proles quoqꝫ perditionis.
S uadens damnãdis aſtuta fraude miniſtris:
I mpigre cunctis pretendere calliditatis.

A ſſuetæ:laqueos omnes captare paratos:
T magus erranté damnūq; ſui cupienté:
Mox ad conciliū perducebat ſceleroſum.
P roſtratuſq; ſui plantis ex templo magiſtri.
M onſtrauit verbo cauſam qua venerat illo.
C ui demon ſeuus contra ſic deniq; fatus.
D ic ait auxilii poſſim quid ferre fideli.
A blutoq; viro chriſti baptiſmatis vnda.
S i meus eſſe cupit:ſcriptis chriſtūq; negabit.
I lliuſq; puellaré pariter genitricem.
P er cuius partū pacior nimiū graue damnum:
I llum cōtinuo virtute mea releuabo.
A tq; decus talis preſtabo patenter honoris:
P reſul vt ipſe ſuis nō contradicere iuſſis.
A pponat.cernens omēs illi famulantes:
Q ui nūc deſpectum ſpernūt:venerarier ipſum:
Is nam blandiciis anguinæ calliditatis
Iſte miſer verbo nō contradixerat vllo.
S ed fieri geſtit que peruerſus draco ſuaſit.
P roditor atq; totum dederat ſe perditioni.
S ponte dedit proprii cartam ſcribens detrimēti:
I n qua ſpirituū teſtatur velle nigrorum
E ſſe ſub æternis ſociis per ſæcula pœnis.
H oc vbi perfecit:paſſim fantaſma receſſit.
I pſeq; cum prauo gaudendo redibat amico.
Acta namq; die:preſul precepit adeſſe
Cleri primates.plebis pariterq; priores.
A tq; Theophilū cunctis aſtantibus illis
A dductum:verbis nimiū blanditur amicis.
I pſius ſubdens hilari vultu ditioni.
D efleuitq; piis ſeſe peccaſſe lamentis:
A bieciſſe virum preſumebat quia ſanctum.
A ſt hic:e ſubitis tanti lætatus honoris
D onis:plus æquo tollit ſe mente ſuperba.
I actanter ſubiectorū cuneos populorum
I pſius obſequiis cogens ſuccūbere duris.
E t ſpreto penitus patriæ cœleſtis honore:
T erreſtris tantū pompæ verſatur amore.
C umq; diu vacuis inhiaret namq; lucellis:
A tq; monente mago:nunquā ceſſauit iniquo
S euo multiplices ſatanæ perſoluere grates.
E x cuius largis credidit ſolūmodo donis
A cceſſiſſe quidem tantam ſibi proſperitatem.
T andem cœleſtis pietas immenſa parentis:

Q ui nunquā cupit interitū mortemq; reorum:
S ed mage cōuerſis lætam cōcedere vitam:
C ondoluit facti meritū periiſſe benigni.
Q uo quondam ſtabili fulſit celeberrimus orbi.
I ſtec ſollicitans omnes clemēter egentes.
M oreq; diuino: pietas eadem veneranda
C oncutit errantē digna formidine mentem.
Ec mora cōpunctus ſummo merore miſellus:
Preponit pauitans oculis ſepiſſime cordis:
Q uanta negando deū meruit tormenta per æuū.
E t quibus in pœnis iungi debebat auerni.
H ec quoq; tractando ſecum mœrore ſupremo:
T alia cōtinuis fertur dixiſſe lamentis.
H eu mihimet miſero: cunctis probris viciato.
V e mihi damnando: proprii pro crimine voti.
Q ui patris ſummi prolem per ſcripta negaui.
D iuinæq; ſimul dulcem prolis genitricem.
E heu q̄m ſeuis tradar per ſæcula pœnis.
E t q̄m cōtinuis claudar ſine fine tenebris.
Q ui miſer elegi ſubdi ſathanæ ditioni.
A tq; tenebricolis herebi ſublimine iungi.
M undanæ pompæ vano ſeductus amore.
Q uid dicturus ero nimiū peccator in illo
T empore iudicii ſanctiſpiritus metuendi.
Q uando factorū mercedem quiſq; ſuorum
A ccipiet. dignam ſatis æqua lance libratam.
P ro diuerſoriū qualitate quidem meritorum.
V el quis forte mei tunc apponet miſereri:
C um vix pro meritis iuſtus ſaluatur opimis.
N am chriſti genitrix. cœliq; potens dominatrix:
F laminis atq; ſacri templū ſine ſorde coruſcum.
H æc eadem virgo partus poſt gaudia caſta.
Q uæ retro cōuerſis fuerat mitiſſima cunctis.
A tq; ſui dulcem nunq̄m tardat pietatem.
S ola mihi veniæ potis eſt medicamina ferre.
S i pro me propriū dignatur poſcere natum.
S ed ſi pollutis illam rogitare labellis
C œpero: bachanti nuper quā corde negaui:
M e vereor flāmis cœlo cōſumier actis.
F erre meū facinus quia nō patit̄ graue mūdus.
A ttamen inſtantis cauſa cogente doloris:
E iuſdem celerem ſupplex quero pietatem.
Q uo clemens animā precibus ſaluet perituram.
H ec ſecum querulis nimiū dicebat amaris.

E t ſecli curis citius de corde repulſis:
I mpiger ad templũ properat:ſub honore dicatũ
V irginis intactæ.matriſq; dei venerandæ.
O ctíes & ſpaciũ tranſegit quinq; dierum.
I llic contrito deflens ſua corde piacla.
D enegat atq; ſibi:lacrimis ſaciatus amaris:
O mnia cultorũ delectamenta ciborum.
S cilicet & requiẽ ſomni ſepiſſime dulcem
P eruigil in ſacris ſummo conamine votis.
T ali percerte corpus frangendo labore.
P urgauit lacrimis animæ maculas viciatæ.
    Is bene perfectis:nimiũ cum laſſus in horis
    Nocturnis.molli declinat mẽbra quieti.
A ſtitit in ſomnis illi caſtiſſima regis
A eterni genitrix.eadem mũdi dominatrix.
S cilicet auxiliũ ſpes ſolamenq; paratum.
E ius preſidiũ deuota mente precantum.
T alibus & verbis terrebat corda pauentis.
    Vir cur noſtri vigilas ad limina templi?
    Vel cur poſſe mei celerem temet pietatem
P reſumis ſperare?meũ qui deniq; natum:
M e matreq; ſui peruerſo corde negaſti.
D ic rogo quis oculis poſſim mis cernere prolis
D iuinæ vultum:cœleſti luce coruſcum:
Q uoue modo ſolio preſens aſtare tremendo
E ius preſumo?tibimet veniã rogitando.
A ſt omnes culpas in me fortaſſe patratas:
A ffectu mentis tibi mox indulgeo gratis.
O mne genus nimiũ quia diligo chriſticolarum.
I llos precipue tenero ſed mentis amore
D iligo.conſolor:propriis amplector & vlnis.
Q uos exorantes: crebris hymniſq; vacantes:
I nuigilare meo cerno ſepiſſime templo.
M aterni ſed vis fortis me cogit amoris:
H inc magis erga te nimio ferueſcere zelo.
Q uod preſumpſiſti tradendus perditioni:
B laſphemando mei ſanctũ cõtemnere natum.
Q ui deus æternus.de patre deo generatus
R etro principii primordia cana ſereni.
E x me dignatus ſumpſit ſub tempore corpus.
Q uod dedit humanæ morti nationis amore.
    Alia dicenti caſtæ chriſti genitrici:
    Vir merens animo:contra ſic fatur amaro.
O mea domna ſcio.nimiũq; tabeſco ſciendo.

P lus iuſto quia deliqui:ſpe captus inani.
C ōmiſi cunctis facinus maius quoq; pœnis:
D eſpiciendo deum de te ſine ſorde profuſum.
H inc nō ſum dignus veniæ cōquirere munus.
S ed tamen exemplū nobis tribuere ſalutis
S perandæ:multiuario qui crimine lapſi:
P oſt lapſum ſcelerum veniā meruere ſuorum:
N ōne Niniuitæ mitem chriſti pietatem:
S eſe cōdignis cruciantes namq; lamentis:
I nuenere trium poſt interualla dierum.
N ōne Dauid propheta dei:prīceps quoq; regni:
I udaici plebem domini qui rexit herilem:
I llicito nuptæ ſubito preuentus amore:
N on timet:inſidiis circūueniendo doloſis:
I nſontem vita fraudare virum ſine cauſa.
C omplexus charæ licito quo poſſet habere.
S ed poſtq̄m vatis perterritus aduenientis
A d monitu:culpas didicit deflere gemellas.
D eleuit lacrimis tacite maculas cito cordis.
S uſcepit rurſum propheciæ quoq; donum.
Q uid referam petrū:chriſto teſtante beatū:
Q ui poſt quāuis ſoluendi:pariterq; ligandi:
N ecnon ſtelligeræ claues acceperat aulæ.
P ro fidei rectæ ſatis expreſſa ratione.
D eteſtando. deum ſeſe cognoſcere chriſtum
R ennuit.ancillæ vocem metuendo nephandæ:
N ec ſemel:aut binis vicibus. ſed deniq; ternis.
C eu nunq̄m viſum charum negat atq; magiſtrū:
S ed quia condigne lapſum defleuit ab ore.
P eccatum:veniæ meruit medicamen opimæ.
S cilicet atq; gregi iuſſus preeſſe fideli.
P rinceps æccleſiæ paſtor fit iure ſacratæ.
T alibus ac tantis aliis multiſq; figuris
A dmonitus.ſimilem me ſperabam pietatem
A chriſto citius per te conquirere poſſe.
Vi vultu blando dicebat ſancta Maria.
Triſtem melliſluæ refouēs dulcedine linguæ.
S i te cōmiſſum turbat facinuſq; nephandum.
C ondecet vt cordis conſenſu confitearis:
H oc quod mendaci demens ſermone negaſti.
I pſum quem peperi patris natū fore ſummi:
Q ui iudex orbem veniet renouare per ignem:
E t poſt hec tandem pro te preſumo rogare.
I lle quidem rurſus lacrimans.infit vicedomnus

O dilecta dei genitrix ſanctiſſima chriſti:
Q uæ miti refoues cunctos pietate fideles:
Q uo pacto? quo iure quidem cõtingere tandem
A ltithroni nomen ſanctũ: venerabile: magnum:
I nfœlix ego pollutis preſumo labellis.
Q ui chriſtũ: baptiſma: crucẽ chriſti: quoq; matrẽ
T e caſtam: ſcriptis blaſphemaui male pictis.
C unctaq; cœleſtis pia ſacramenta ſalutis.
Is miſerans querulis inuentrix virginitatis.
Aiebat blandis iterũ clemencius orſis.
Q uãuis ſis grauibus viciis nimiũ maculatus:
A ttamen vt monui dominũ nõ ſperne fateri.
E t quia factus homo noſtri ſolũmodo cauſa.
V t ſpem cõuerſis veniæ preberet habendæ.
Vnc iſtec demũ monitis parendo iubentis.
Cũ lacrimis tales ſpargebat ad æthera voces.
H unc ſupplex veneror. laudo. cõplector. adoro.
E x patre cœleſti chriſtũ ſine tempore natum.
T emporibus noſtris miſſum de ſede parentis.
V t de te caſta: necnon de flamine ſancto:
I nduceret fragilis noſtræ velamina carnis.
H uncq; deũ verum. necnõ hominẽ fore plenum.
N on dubito. noſtri cauſa qui pertulit ergo
O bprobriis tangi. colaphis. alapis quoq; cedi.
S acraq; pulſari crebris ſua terga flagellis.
A tq; ſputis rutili ſpeciem vultus maculari.
C umq; coronatus ſpinis: & felle potatus.
Q ue ſacra predixit ſcriptura: p omne repleuit.
P oſtremo ſacris expaſſis in cruce palmis:
C eu paſtor verus bonitatis honore decorus:
P ro nobis animã moriens ponebat amandam.
A tq; ſepulchralẽ dignans ſuſcepit honorem.
H inc ĩferna petẽs: herebi quoq; clauſtra reſoluẽs
M ortem deſtruxit. mortis patrẽq; ligauit.
T artareoq; ſuos traxit de carcere iuſtos.
A c ſic nõ parua victor comitante caterua
A d ſuperos rediit. propriũ corpuſq; reſumit.
Q uod fuit ĩ buſto clauſum ſub marmore magno.
T ercia quem viuũ vidit lux omne per æuũ.
D iſcipuliq; ſui crebro videre beati.
I pſum nunc cõueſcentẽ: nunc ergo loquentẽ
I llis de regno dulci ſermone futuro.
P oſt hec attonitis oculis cernẽtibus ipſis:
I pſam quã ſumpſit carnem ſup aſtra librauit.

I n qua iudiciũ veniet celebrare futurum.
P roq; ſuis meritis reddet bona vel mala cunctis.
H ec ita credentẽ: cordiſq; fide retinentem:
A tq; tui depoſcentẽ ſolitam pietatem:
C õmendo me virgo tuo ſanctiſſima nato.
I mpetraq; tuo veniam famulo ſceleroſo.
Ec vbi cõtinuis defleuit verba querelis.
Sancta dei genitrix eadẽq; potẽs dominatrix
C œlorũ: verbis reſpondẽs inquit amicis.
P ropter myſteriũ ſacri baptiſmatis almum:
E t propter dulcem charæ mis prolis amorem:
C uius te precio ſacri ſcio ſanguinis amplo
E mptum: pro mundo qui fuſus erat perituro:
P rocedens ſacris aduoluor ſedula plantis.
E ius quẽ genui cunctorũ iudicis æqui.
N ec parcam preculis ſtudio certante profuſis:
D onec ipſius mitem cogo pietatem:
V t tibi parcendo dimittat tanta piacla.
H is dictis ſubito diſceſſit virgo ſacrata.
Q uod ſuſcepiſti credentis more popelli
L inquens promiſſi miſero ſolamina ſani.
Erte poſt triduũ rurſus veniebat ad illum
In viſu. veniæ munus reſerans reparatæ.
E t vultu lœto deprompſit talia verba.
E n tis vir domini triſtis cõpunctio cordis:
E ſt accepta deo patriq; proliq; perenni.
A tq; tuæ lacrimæ ſcelerum veniã meruere.
S ed nec tartareis pœnis vnq̃m capieris:
S i poſt hec perſtare cupis ſine fraude fidelis:
I pſe quidem contra mox dicebat prece blanda.
C erte ſeruabo ſacræ fidei documenta.
N ec poſt hec vltra male tranſgrediar negligendo
Q uicq̃m de veſtris mea domna piiſſima iuſſis.
T e quia poſt dominũ ſolam conferre medelam
S pero. quo pœnis pabulum: nõ tartara mauis.
S ed nõ eſt mirum per te me iam fore ſaluum:
P er quã de veteris lœtali crimine matris:
O mnẽ: dante deo: mundũ patet eſſe ſolutum:
E t quis te poſcens ſpe non dubiaq; requirens
D eſertus fuerat. vel confuſus remeabat:
H inc ego: criminibus ſat ſupremis viciatus.
S uppliciter fontẽ deuota mente perennem
A lma dei genitrix exoro tuæ pietatis.
V t facias cartæ littras ex templo nephandæ:

Q uis me ſubiunxi vaſtatoris ditioni:
E ius de manibus miſerū me ſumere rurſum.
H inc animā formido meā quia forte miſellam
T empore iudicii multo diſcrimine lædi:
S i nunc predoni non eſt abſtracta feroci.
Is dictis.oculis iterum vigilabat apertis.
Et ſe ꝓſternēs precibus.crebro quoqꝫ deflens
I eiunando triū curſus agit ergo dierum.
P oſt hec e ſomno cōſurrexit mane ſummo.
I nuenit poſitam ſupra ſua pectora cartam.
Q ua viſa membris mox cōtremuit reſolutis.
E t grates chriſto cordis reddebat ab ymo.
A tqꝫ puellari pariter chriſti genitrici.
Oſt hec namqꝫ die ſacra fœliciter orta:
Quæ trahit a domio nomē venerabile ſūmo:
I ntrat in æcclesiam: populis ex more repletam.
I n qua tūc inter ſacræ ſolennia miſſæ:
A ſtantes euāgelicis preſul docet orſis.
E t coram cunctis ſacrā proſtratus ad aram.
E iuſdem quoqꝫ pontificis dans oſcula plantis.
V oce palam clara narrauit ab ordine cuncta.
Q ue vel mortiferis egit victus ſuadelis.
V el que perpetua meruit poſcente puella:
H ec vbi compoſita plene retulit ratione:
A ntiſtes facti tactus terrore ſtupendi:
I ntonat his verbis mirantis voce profuſis.
Vncti gaudentes huc iam properate fideles.
Et pia facta dei laudantes mente fideli.
C redite iam dominū propria pietate benignum.
I n lœto delectari nunq̄m ſceleroſi.
S ed plus cōuerſis vitam dare velle futurā.
E ya dilecti fratres intendite cuncti.
Q uā pie precantes dominus tollerat bonus oēs:
Q uos ſcit cōuerti:poſt triſtia facta piacli
Q uis non miretur:quis non ſuplex veneretur:
L audandā multam dulcis chriſti pietatem.
I llum querētes ſemper qua ſubleuat omnes.
Q ui iam criminibus miſerans parcebat & huius.
I pſius illuſtris precibus.ſanctæqꝫ parentis.
P er quam naturæ perit maledictio noſtræ.
E t per quā mundo venit benedictio cuncto.
H inc memor eſto dei genitrix ſanctiſſima noſtri.
Q ui te mente:fide:voto:laudamus & ore.
Q uo pius ipſe gregem paſtor ſeruare fidelem.

D ignetur. veteris depulſa fraude draconis:
A t nos exiles nulla virtute potentes:
T e ſemper regis mater nō tacta perennis:
A c de te genitū regem dominūq; polorum:
E fferimus crebris cōclamantes ſimul odis.
P eccato noſter moriens periit quia frater.
S ed poſtq̄m periit per te ſacra virgo reuixit.
Is dictis cartam cōburebat maledictam:
Et mox miſteriū miſſæ peragit ſtudioſe.
H oc vbi cōpleuit miro ſplendore refulſit:
I nſtar ſurgentis phœbi: facies vicedomni.
Q uo mentis ſplendor lucens animæ quoq; cādor
E ius per faciem monſtraret rutilātem.
H inc aſtans populus nimia formidine tactus:
A ltithrono grates cepit reſonare tonantes.
C ui placuit monſtrare viri meritū venerandi.
I pſe quidem ſacrum repetēs ex templo locellū:
I n quo cœleſtis donum meruit pietatis:
F rangi vi aduerſa fragilis valitudine carnis
P er ſpaciūq; trium morbo creſcente dierum:
E xemptus corruptibilis de carcere carnis.
S piritus. æthereā plaudens aſcendit ad aulam.
A uxilio ſanctæ fultus dominæq; Mariæ.
S cilicet extinctū corpus niſu populorum:
I pſo rite loco tumulatur honore ſupremo.
I n quo nactus erat veniā: quā flendo rogabat.
Alis erat deſperati necnō ſceleroſi
Finis. qui propriū didicit deflere reatum.
E t ſe condignis ſtuduit punire lamentis.
H inc laus & virtus chriſto per ſecula cuncta:
H umani veterē generis qui ſtrauerat hoſtem.
P laſma ſuæ dextræ rapiens ſerpentis ab ore.
I pſius & dulci conſtet lux alma parenti.
Q uæ pie ſolamen miſero iam contulit. amen.
V nicus altithroni genitus retro tempora mundi.
Q ui miſerans hominis: deſcendit ab arce parētis.
E t carnis veram ſumpſit de virgine formam.
V irginis vt guſtum primæ ſedaret amarum
C onſecret appoſitæ nobis pia fercula menſæ.
H as faciendo dapes guſtātibus eſſe ſalubres.
Q uod ſumus. & quod guſtam9. vel qcqd agam9.
D extera factoris benedicat cuncta regentis:

HYSTORIA DE CONVERSIONE DESPERATI ADOLESCENTIS SERVI PROTERII PER SANCTVM BASILIVM.

Offert Hroſuita librū Gerbergæ Abbatiſſæ ſuæ

N tibi verſiculos Gerberg fero domna
nouellos.
Iungēs preſcriptis carmīa carminulis.
Q ualiter & veniam meruit ſceleroſus
amandam.
C ongaudens modulis ſuccino dactilicis.
S pernere quos noli: nimiū cum ſint vicioſi.
S ed lauda miti pectore facta dei.

Prefatio in Proterium:

Vι velit exemplū veniæ comprendere certū.
Necnō larga dei pietatis munera magni:
P ectore verſiculos ſubmiſſo perlegat iſtos.
N ec fragilem vilis ſexum ſpernat mulieris.
Q uæ fragili modulos calamo cantauerat iſtos:
S ed mage cœleſtem chriſti laudet pietatem:
Q ui nō vult digna peccantes perdere pœna:
S ed plus perpetuæ cōuerſos reddere vitæ.
G audens gaudebit quod verū ſtare probabit.
Q uiſquis preſentē perſcrutatur rationē.

ARGVMENTVM IN PROTERIVM.

Erat vir quidā nobilis: Proterius nomine: Ceſarienſis ciuitate: In aſia minori ditiſſimus. Is filiam ſpecioſam & vnicā habuit. quam caſtitati deuouit. Erat illi ſeruus delicatus: qui amore puellæ correptus: magum adibat ſuper cōnubio puellæ cōſulēs. Is reſpondit. ſe velle puellæ animū implere: & amore ſuo inſanā reddere: Si ſe: ſuamqꝫ animā dyabolo deuoueret. Annuit ſeruus. datoqꝫ Cyrographo demoni: puella potitur. nupciæ celebrant̄. Poſtea autem q̄m puella comperit illum diis manibus deuotum: Matrimonii diuorciū petit. In eccleſiā ducit. & a ſancto Baſilio Cyrographus a demone repetitur: Ille fidei chriſtianæ & eccleſiæ reſtituitur.

Sequitur Hyſtoria.

Empore Baſilius quo vir virtutibus almus
Rexerat æcclesiã iuſto moderamine ſanctã
Sedem rectoris ſortitus cæſarienſis.
V ir ſatis illuſtris degebat partibus illis
N omine proterius: comes plebi venerandus:
N obilitate potens. opibus rerũ quoq; pollens:
V nica fœminei ſexus proles fuit illi.
N ec alius ſubſtanciolæ manſit ſibi magnæ
H eres. quã certe tenero dilexit amore.
A ffectuq; pio. necnõ pietate paterna.
O ptans plus animã natæ nunquã morituram
O rnari gemmis perfectæ virginitatis:
Q uam corpus pompa mundi mortale caduca.
C urauit ſacris ipſam ſociare puellis.
Q uæ conſignatæ chriſto velamine ſacro
C enobii clauſtris pariter ſeruantur in artis.
Octor ſed ſcelerũ qui decepit prothoplaſtũ:
Deteſtando viri votum laudabile iuſti:
I pſius propriũ fecit feruefcere ſeruum
I n ſupradictæ clementer amore puellæ.
Q ui nimis infœlix ſpiculis perfoſſus amoris:
Q uo magis ardeſcit: tanto plus corde caleſcit.
I ndignum ſe cõiugio meminit quia tanto.
N ec audet nudare nouũ cordis cruciatum.
T andem nanq; magum querẽs: inuenerat vnum
S ecretum cui meſticiæ monſtrauit amaræ.
P romittens illi non parui dona lucelli:
S i teneram prolis mentem proprii ſenioris
E ius ſeruili iam cõglutinaſſet amori.
C ui mox peruerſus fraudis dicebat amicus.
N am fateor tantæ nõ me valitudinis eſſe.
V t ſeruo propriæ iungã conſorcia domnæ.
S edſi rite meo ſatagis parere magiſtro:
Q ui princeps æternarũ conſtat tenebrarum.
I pſe poteſt certe complere tuũ cito velle:
S i poſt hæc chriſti numen nõ vis venerari:
C ui male cecatus bachanti corde miſellus:
S e conſenſurũ monitis promiſerat iſtis.
T unc magus iſte ſuo mandat ſcribenda miniſtro:
P rinceps inferni regnator magne profundi
C oncede ergo tuos ſemper tentare miniſtros:
S i poſſint aliquos fontis baptiſmate lotos.
A ſſignare tibi: ſubtractos de grege chriſti.
V t quæ te ſequitur ſemper pars multiplicetur.

H inc tibi namq; virum miſi gaudens ſatis iſtum:
E ius propoſitũ quo mox cõplendo ſecretum:
I pſum diſcipulũ facias tibi rite futurum.
H anc ita perſcriptã miſero dederat quoq; cartã.
S upra gentilis tumulũ ſub tempore noctis
S tans. herebi domino ſuplex: dicẽs: dabis illam.
Q uapropter domini natæ complexibus vti
S i cupias. licito chriſtũ prius ore negato
Q uod mox preceptũ mẽte ãplectẽs male ſuaſum
G audens tendebat qua ſe magus ire iubebat.
A uxiliũ veteris ſuplex orando draconis.
I nteritũ prebere ſuis qui tentat amicis.
N ec mora: tartarei curſim venere miniſtri.
E rrantẽq; ſatis læti duxere maligni.
M ox ad conciliũ cludere tenebricolarum.
I llic inuentor ſceleris: cunctæ quoq; fraudis:
D amnãdus damnandarũ princeps legionum:
C onſedit medius. coruino milite ſeptus.
T endens incautis laqueos clam calliditatis.
N ecnõ inſidias euoluens ante repertas.
I nquirit ſcelerum faceret quid quiſq; ſuorum:
Cilicet vt littras perſcrutatᷣ ſibi miſſas:
Vtitur his verbis frendens velut ira leonis.
P erterrendo virum ſeua ratione miſellum.
N unquã chriſticolæ permanſiſtis mihi fidi.
S ed mox vt veſtrum compleui velle iocundum:
P rotinus ad veſtrũ fugiſtis denuo chriſtum.
M e deteſtando penitus poſt munera tanta.
C redentes talis certe chriſtum pietatis:
V t veniã nulli vellet tardare petenti
R eddere. cõuerſum reſpuit nec poſt ſcelus vllũ:
C hriſticoliſq; datum chriſti baptiſma ſacratum:
S cilicet & mecũ te velle: fatere: per æuum
P œnis inferni permanſuris cruciari.
H incq; tuis manibus ſcriptã mihi porrige cartã.
O ſtendam citius: quantũ poſſit mea virtus.
Is mox infœlix ſeruus monitis male captus:
Scribebat propriũ ridenti pectore damnum:
I nterituſq; ſui cauſam tetro dedit hoſti.
Q ui mox damnando nimiũ gandens ſuper illo:
L æto tartareos emiſit corde miniſtros:
V irginis vt miſeræ mentem faceret in amore
I nceſto: proprii citius feruеſcere ſerui.
T mens blandiciis fragilis pulſatur amoris:

E xclamat ſubito magna de ſtirpe creata:
O ptans preſtari ſibımet conſortia ſerui.
A tq; patri proprio perfudit talia verba.
I am miſerere tuæ genitor dulciſſime natæ:
E t citius meme iuueni quẽ diligo trade.
N e moriar triſtis languens per tedia cordis:
H is pater auditis.lachrimis dicebat amaris
H eu heu quid pateris? veluti ſpes vnica patris:
D ic rogo quis verbis te decepit male blandis?
V el quis blandiciis circũuenit ſimulatis?
N onne tibi patriã reddi cupiendo ſupernã?
S ponſo cœleſti chriſto te denique voui:
H unc caſta ſolum coleres quo mente per æuum:
I llius & laudes cũ cœlicolis reſonares:
A ddita virgineis mortis poſt vincula turmis.
E t tu laſciuo ferueſcis amore famelli.
A t nunc ſubmiſſa ſoboles mea voce rogabo
F inem ſtulticiæ pergas vt reddere tantæ.
N e genus omne tuũ male cõfundas generoſum:
S i tamen incepto tentas durare maligno:
T urpiter abſq; mora paries dulciſſima proles.
Væ nam conſiliũ penitus ſpernẽdo paternũ:
Vultu mordaci proprio dicit genitori.
S i complere meũ tardabis deniq; votum:
C omperies claram citius prolem morituram:
T unc ſenior:nõ ſponte:minis deuictus amaris:
T radiderat ſobolis ſeruo conſortia dulcis.
C ondonans ſubſtantiolã pariter precioſam
I pſis.hinc animo natæ dicebat amaro.
I nfœlix nõ fœlicis tu nata parentis:
T u decus atq; dolor matris temet parientis:
T otius & noſtri generis confuſio turpis.
C ongaudes iam nũc ſeruo miſere tibi caro:
E t poſt æternis pœnis mœrens capieris.
Alı cõiugio ſathanæ cũ fraude peracto:
Condoluit chriſtus mundi ſaluator amãdus:
Q uos pius effuſa ſaluauit ſanguinis vnda:
H oſtis ſubdiri vinclis.captos retineri.
E t placet auxiliũ lapſis preſtare benignum:
S cilicet erranti mox narratur mulieri:
Q uod nõ catholicus fuerit cõiunx miſer eius:
N ec limen templi vellet pede tangere ſancti.
S e quia ſerpentis iuri tradebat auari.
S acra negans ſectæ fidei.nomen quoq; chriſti.

Væ ſe deceptam cognoſcens eſſe miſellam:
Auribus intentis vt ſenſit verba loquentis:
In terram cecidit.mēbris tremefacta ſolutis.
Eruit & proprios ſummo de vertice pilos.
Necnon uerberibus pulſauit ſedulo pectus.
Cum lachrimis tales ſpargens ſup̄ æthera uoces.
Quiſquis predulces non uult audire parentes
Nunquā ſaluatur.quod in hac ratione probatur.
Heu heu ſplendorē diei cur nata recepi?
Vel cur cōtinuo nō ſum conceſſa ſepulcro?
Infœlix foueam caderem ne mortis in atram.
Ec dum triſticia dicebat cōtinuata:
Cōiunx illius ſubito venit ſceleroſus.
Et de ſe falſas iurauit res fore dictas.
Quæ mox conſtanti reſpondet voce neganti.
Si reus ingentis culpæ iam deniqꝫ non ſis:
Lætus ad æccleſiā mecum cras pergito ſacram:
Illic & ſanctæ celebrans ſolennia miſſæ.
Qua mox deuictus iuſta ratione miſellus:
Cauſam cōmiſſi narrauit namqꝫ piacli.
Illaqꝫ molliciē iam deponens muliebrem:
Et ſumens vires prudenti corde viriles:
Mox ad Baſilium currebat namqꝫ beatum.
Necnon veſtigiis coram proſtrata ſacratis:
Vtitur his verbis:turbato pectore fuſis.
Ancte dei clemens nobis ſuccurre miſellis:
Et trahe de tetris ſeui nos faucibus hoſtis.
Qui noſtras fragiles iactat ſe perdere mentes.
Cumqꝫ modum culpæ denudauit ſibi tantæ:
Vertitur ad ſeruū preſul domini ſceleroſum.
Accepit verbis illum rogitare benignis:
Poſt ſcelus ad chriſtum vellet ſi vertere ſenſum:
Qui ſe ſaluari deſperans:dixerat illi.
Si poſſet fieri voluiſſem mente libenti:
Sed reſtat menti ſceleris res facta volenti.
Me quia per littras hoſti dederā male ſcriptas.
Et nomen chriſti cæcato corde negaui.
D quē vir domini.curam tibi fingere noli:
Ceu tibi ſit veniæ penitꝰ ſpes dēpta petēdæ.
Vnicus ergo patris iudex mitiſſimus orbis:
Ad ſe cōuerſum qui nunquā reſpuit vllum.
Si defles culpam:gaudet preſtare medelam:
Hinc iam mortiferū peccati linque profundum.
Necnon ad certū pietatis cōfuge portum.

Ad ſe tendentes:qui ſaluos ſuſcipit omnes.
His igitur miſerum monitis correxit homullum
Necnon ſponte ſua nigro concluſit in antro.
Illic ut ſordes licito defleret enormes.
Oſt tres ergo dies iterũ ueniebat ad illum:
Inquirens:talem ſi poſſet ferre laborem.
Qui laſſus nimiũ:uerbis reſponderat iſtis.
Pœnas ſpirituũ patior uix namqꝫ nigrorum.
Me quia cõtinuis attrectant nanqꝫ flagellis.
Atqꝫ petunt iaculis lapidũ ſepiſſime duris.
Inſuper obprobriis opponunt ſemper amaris:
Quod nõ inuitus pridem ſed gratis adirem.
Illos.ipſorum ſine vi me dans ditioni:
Tunc animæ medicus langueſcẽtis bene doctus:
Laſſatum refici iuſſit.ſtatimqꝫ receſſit.
Poſt tempus paruũ ueniebat deniqꝫ rurſum.
Querens obſcuro quid tunc pateret̃ in antro.
Qui dixit.certe melius ualeo pater alme.
Longius horribiles tantũ quia ſentio uoces.
Hinc preſul lœtus ſecreto pectore factus:
Greditur.iuxta morem faciẽdo priorem.
Tandem poſt ſpaciũ veniẽs quadraginta dierũ:
In quis peccatum lapſus defleuit amarum.
Inuenit lætũ.quem credebat fore mœſtum.
Et cum læticiã miraret̃ ſibi charam.
Peccator lachrimis iam mũdatus bene largis:
Vt certus veniæ:ſancto dicebat:amandæ.
Spero quidem per te me ſaluari pater alme.
In ſomnis quia te vidi luctamen inire
Pro me cum ſeuo necnõ ſerpente maligno.
Quem tu viciſti ſubito virtute ſuperna.
Vribus intentis vt ſenſit verba loquentis
Antiſtes.laudem chriſti cecinit pietati.
Extraxitqꝫ loco captiui membra nigello.
Et locat in propria noctis ſub tempore cella:
Quæ fuit æccleſiæ lateri cõiuncta ſacratæ:
Illic et plebem iuſſit coire fidelem:
Vt pariter preculis pernoctarent ſtudioſis.
Quo bonus errantẽ per conſuetã pietatem
Paſtor ouem turmis proprii iunxiſſet ouilis.
Ortus cunqꝫ nigras noctis ſol expulit vmbras:
Dextra predicti comprenſa preſul homulli
Intrat in æccleſiã.ſecum quoqꝫ duxerat ipſum.
T limen ſacris tetigit venerabile plantis:

A ffuit inſidiis latitans clam demon amaris.
A ttraxitqꝫ virum magna vi deniqꝫ ſurſum.
I llius arrepta ſecreta fraude finiſtra.
A d quem Baſilius: forti mandamine functus.
Mprobe fur regis facturā redde perennis.
Et furto captam victus cito deſere predam.
C ui mox cōmunis cunctorū dixerat hoſtis.
P eruerſis vacuas implens latratibus auras.
C ur ſatagis propriū mihimet vi tollere ſeruū:
Q ui ſua ſponte meis ſubmiſit colla cathenis.
C artam percerte mihimet quā reddidit ipſe:
T empore iudicii chriſto monſtrabo futuri.
Vi ſanctus rurſum reddebat tale reſponſum.
Ipſius chriſti precepto iudicis æqui:
R eddere litterulas ſpero te protinus ipſas.
H is igitur dictis orauit turba fidelis
A ltithronū preculis: deuoto pectore fuſis:
F idum paſtorē quo confortaret in hoſtem.
N ec mora de ſummo cecidit ſcriptura doloſa
A nte pedes ſancti. necnō paſtoris amandi.
Vnc plebs corde pio gaudēs cū preſule digno
Sparſit aduſqꝫ polum voces cū carmīe laudū.
C ollaudans chriſtū ſolita pietate benignum:
Q ui captum veteris retraxit ab ore leonis.
N os quoqꝫ plaudētes: ſpargamꝰ ad æthera voces
L audantes dominū ridenti pectore chriſtum.
Q uo nobis talem clemens veniæ tribuat ſpem.
I pſi nanqꝫ decus ſoli victoria virtus.
L audum cantamen maneatqꝫ perenniter. Amen.

HYSTORIA PASSIONIS SANCTI DYONISII AEGREGII MARTYRIS.

ARGVMENTVM IN EANDEM.

Dyoniſius athenienſis philoſopus ægipcios vates ſcienciæ aſtrorū gratia adiit. a quibus cum edoctus eſſet: defectūqꝫ ſolis ſine lunæ interpoſitione hora paſſionis dominicæ obſeruaſſet: Athenas rediens ignoto deo (vt Lucanus ait. Et dedita ſacris ignoti Iudea dei) aram inter ſimulacra athenienſiū erexit. quā cum apoſtolus Paulus vidiſſet: autorēqꝫ dedicatæ aræ inquiſiſſet: Dyoniſiū philoſophū comperit. quē ad fidem cōuertit: & in preſulē athe-

niẽſem ordinauit. qui dum per viſionẽ apud Polycarpum preſbiterũ animatus ad martyriũ fuiſſet: ad Clementẽ (primũ poſt Petrũ papã) Rhomã venit. A quo cũ legationẽ (euãgelii predicãdi gratia) ad Galliam & Pariſios accepiſſet: ab Siſinnio preſide Galliarꝝ: tẽpore Domiciani: cũ ſociis martyrio coronatur. Efficaxqꝫ ſuæ ſanctitatis documẽtum reliquit. dum capite plexus trũcus caput ad deſtinatum ſepulturæ locum per duas leucas portauit.

INCIPIT HYSTORIA

d

Vm factor ſũmæ mediæ ratõis & ymæ
In cruce ſupliciũ mortis pateret̃ amarꝝ
Orbẽ nocturnæ circũduxere tenebræ.
Et Sol depoſito radii ſplẽdore ſereni:
Exeqas domĩ celebrat famulaĩe chriſti
Quo mox Aſtrologus viſo Dyoniſius almus:
Qui tunc memphiticis artem diſcebat in oris:
Quæ docet aſtrorum motus. Solis quoqꝫ curſũ.
Obſtupuit. libris cepitqꝫ requirere lectis.
Si tunc eclepſis poſſet conſiſtere Solis.
Aſt vbi nõ ſolitas ſenſit magis eſſe tenebras:
Deſcripſiſſe diẽ dignũ ducebat & annum.
Non dubitãs deſignari quid forte ſtupẽdi.
Quod poſt myſteriũ declaraſſet tenebrarũ.
Coniectatqꝫ deũ ſignis teſtãtibus almum
Hactenus ignotum mũdo: mox eſſe ꝓbãdũ.
Aſt vbi de riuis prefatæ debrius artis:
Athenas petiit: ſedem patriamqꝫ reuiſit:
Inter ſtultorũ ſymulachra ꝓphana deorũ:
Culte conſtructam poni preceperat aram.
Hancipſã titulis decernẽs congrue pictis:
Ignoti ſub honore dei debere ſacrari.
Quã doctor Paulus cũ cõſpexiſſet opimis:
Quis ſit is ignotus: verbis rogitabat amicis.
Vrbis cui primas Dyoniſius ipſe beatus
Expoſuit cauſã: pro qua cõſtruxerat aram.
Et ſic alternis certãtibus ergo loquelis:
Qui fuit incredulus: fidei ceſſit bene victus.
Oſt hec egreſſus cœco dat lumina Paulus.

Quem properare quidem citius precepit in vrbẽ.
Hũc functũ cernẽs predictus lumine pĩceps:
Et credẽs ſigno diuino numine facto:
Feſtinat ſubito cupidus cũ cõiuge chara
Pergere: quo Paulũ cognouerat eſſe beatũ.
Ipſius multa iuris comitãte caterua.
Qui pariter fuerãt ſacro baptiſmate tĩcti.
Prorſus delicti mũdãtur ſorde veterni.
T qui dux plebis fuerat ſymulachra colẽtis:
Preſul katholico preponitur ergo popello.
Hic preſul factus mira bonitate decorus:
Sedulus officiũ bene cõpleuit ſibi iũctũ.
Abſẽtes ſcriptis: preſẽtes deniqꝫ dictis:
Ad veræ cultũ fidei ducẽdo ſequẽdum.
Nam quodã pergẽs: ſemen verbi quoqꝫ ſpargẽs:
Hoſpes iam vergẽte die fertur petiiſſe
Sanctũ preſbiterũ cretẽſẽ nomine Carpum:
Qui male triſticia conturbabatur amara:
Necnõ plus licito ſuccenſa ferbuit ira.
Quidã gẽtilis quia peruerſis ſuadelis
Fecit chriſticolã fidei ſacra ſpernere quẽdã.
Hũc & preſbiterũ preſul ſenſit fore mœſtũ.
Cauſã triſticiæ verbis querebat amicis.
Et triſtẽ monitis blãde mulcẽdo benignis:
Suaſerat vt nimiã cordis deponeret irã.
Et pro dãnandis exoraret ſceleroſis.
Quo cito conuerſi: Chriſtoqꝫ reconciliati:
Eius perciperent mitis munus pietatis.
Admonuitqꝫ crebro: nulli debere negari
Spem veniæ, proprium vellet ſi flere reatum.
Sed qui triſticiæ ſtuduit: ſpreta pietate:
Econtra frendens: cordiſqꝫ furore tabeſcens
Appoſuit miſeris duris maledicere verbis.
Proteſtans illos neutra dignos fore vita:
Qui vixiſſe deo preſumſiſſent ſine vero.
Hac tam triſtifica tandem ratione peracta:
Mente ſatis triſti componit membra quieti.
Nec mora: monſtratur cellis cœli patefactis
Viſio: quæ fluctus animi compeſcuit eius.
Scilicet: Altithronum miro ſplendore coruſcum
Viderat: angelicis ſeptum reſidere miniſtris.
De cœloqꝫ rogum raptim deſcendere magnum:
Ceu foret emiſſus ſcelerum vindex aliquorum:
In terras, oculis rurſum luſtrando reflexis.

Horrendum baratrū conſpexit hiare deorſum :
Anguibus impletum variis pœniſq; refectum.
Supra quod miſeri plantis lapſantibus illi
Herebant ergo flentes in littore ſummo.
Egreſſi ergo ſerpentes illos cruciantes :
Cogebant ſecum baratrū penetrare profundum.
Quo viſo: Carpus maiore furore repletus :
Deflet ꝙ miſeri non eſſent precipitati.
Voceq; confuſa repetens rurſum maledicta :
Quod diuina reos: orat: mox vltio perdat.
Dixerat. & Iheſus ſolita pietate benignus :
De ſummo cœli ſolio promptus miſereri
Infit. non mitem Carpi cauſando dolorem.
Percute (ſi poſſis contra me) Carpe rebellis.
Qui cupis interitum ſitienter adeſſe reorum.
En ego ſum cœli rector. mortiſq; peremptor.
Humana rurſus pro gente pati pie promptus:
Si non ſaluari poſſunt aliter ſceleroſi.
Qui poſt conmiſſum diſcunt deflere reatum.
Nec leue duco: meæ dextræ iam plaſma perire.
Quod pulchrum feci. quod corruptum reparaui.
Elige nunc dulcem vel ſectando pietatem :
In cœlo mecum ſemper regnare per æuum.
Vel per ſeuiciam diræ mentis male duram.
Suplicio baratri tradi ſine fine profundi.
Hiis nimium iuſtus monitis vir manſuefactus :
Exemplum cunctis imitandæ fit pietatis.
Poſt hec ſummorum fama clarus meritorum
Preſul: diſpoſuit Rhomam petiiſſe ſuperbam :
Optans cum Petro Paulo pariterq; magiſtro
Nomine pro Chriſti ſe mox impendere morti.
Palmam martyrii ſed ſumſerunt prius illi :
Quam portas Rhomæ veniens intrauerat ipſe.
Diſcipuluſq; Petri Clemens venerabilis orbi:
Sedis apoſtolicæ culmen rexit ſatis apte.
Qui nam pontificem pie ſuſcepit venientem.
Illum condigne ſummoq; colebat amore.
Deniq; poſt ſpacium decurſi temporis amplum :
Quo ſerui domini conmanſerunt venerandi:
Cum iam cœleſtis pietas mitiſſima regis :
Aeternæ lucis radio voluiſſet opimo
Errorum tenebras veterum diſcindere nigras.
Quis tunc occiduæ partes fuerant male cinctæ.
Papa prior monitus diuino flamine ſanctus.

Pontifici verbis digno ſuadebat amicis:
Semina diuini per gentes ſpargere verbi.
En ait o miles Chriſti: frater Dyoniſi:
Magna ſeges domini creſcit ꝑ climata mũdi:
Prebẽs innumeras maturæ meſſis ariſtas.
Inſtantes meſſi ſed conſtant opido pauci.
Hinc tu ſacrorũ bibulus qui fõte librorũ:
Conſtans diuini ſciolus q̃m maxime cultus:
Exemplo Pauli ſecurus perge magiſtri.
Imperio populos Chriſti ſubiũgere multos.
Atq; tibi credo poteſtatẽ ditionis eandem
Quam Chriſtũ Petro ſcimus tradidiſſe mgr̃o.
Et quam ſuſcepi ſucceſſor iure magiſtri.
Conuerſos pie ſoluendi: ſonteſq; ligandi.
Accipe nũc Gallos tibi me tradẽte docẽdos.
Doctrinæq; tui ſignetur Gallia forti.
Quo vir apoſtolicus digna celebreris alũna.
Nec vereare quidẽ gẽtes intrare rebelles.
Quæ reſtãt vero frendentes more ferino.
Sed tibi mercedis tantũ cõfide perennis:
In patris aſtrigera ſũmi ſeruarier aula:
Quantũ ꝓ Chriſto tuleris paciẽdo doloris:
His papæ blãdis preſul monitus ſuadelis:
Occiduæ fines partis feſtinus adiuit.
Mœnibus atq; Paris greſſũ mox intulit vrbis.
In qua crebro loci pro fertilitate decori:
Gallorũ ꝓceres concurrũt ſepius omnes:
Hic vbi diuini cœpit ſacra ſemina verbi
Spargere: ſignorũ mox exercere ꝑ illũ
Chriſtus virtutes dignabatur pie plures.
Quo tanto plebis molleſcere corda rebellis
Ad veniã poſſẽt: quãto crebro ſigna viderẽt.
Aſt vbi credẽtis numerus populi magis auctus:
Inſpirãte dies Chriſto creuiſſet in omnes:
Infremuit ſuꝑ hoc veteris fraus ſeua draconis.
Dedignãs animas ſeſe iam ꝑdere tãtas:
Quas prius errorũ laqueis capiebat amaris.
Hinc pater ipſe doli: ſceleris doctorq; maligni:
Prouocat iniuſtũ regẽ mox Domicianũ:
Chriſticolis edicta necis dictare ferocis.
Qui decreta ꝑ omne ſuũ mittẽs mala regnũ:
Chriſti cultores morti dãnarier omnes.
Cuius precepto Siſinnius ergo nefando
Preſes: cõſenſũ prebẽs extẽplo malignũ.

P ontificem preſentari vinctũ iubet illi.
Q uem fore gallorũ cognouit rite magiſtrum.
A c primũ flagris mactatum deniq; duris:
N ecnõ ſuppliciis affectum crebro cruentis:
C arceris in tenebras iuſſit concludier atras.
I pſius condiſcipulos pariter quoq; binos:
Q uos nunquã charo ſors coget abeſſe magiſtro:
S ed nec carcereis preſul preclarus in antris:
D eſinit obſequiũ domino perſoluere dignum.
S ed docuit plebem ſtudioſe cõuenientem:
A c celebrat ſacræ ſolito ſolennia miſſæ.
A ſt vbi cœleſtem debebat frangere panem:
L ux noua triſtifico ſubito fulgebat in antro.
I n qua ſyderex regnator ſplendidus aulæ:
S cilicet angelica pariter comitante caterua:
A pparens.charum cõſolabatur alumnum.
S anctaq; dans illi:mulcebat famine tali.
A ccipe chare meus mis iam venerabile corpus:
C uius myſteriũ tibi mox complebo ſecretum.
N anq; tui merces mecũ manet optima perpes:
H iſq; ſalus ſumma patris preſtatur in aula:
C onſentire tuis qui dant operã pie iuſſis.
C erta cõſtanter.ſeruaq; fidem pacienter.
Q uo creſcant celebris tibi iam preconia laudis:
E t quodcunq; ſacris a me precibus rogitabis
I mpetrare mei poteris dono pietatis.
T ali lætatus fortis ſolamine teſtis:
N ulla timet tormenta pati pro nomine chriſti.
P oſt hec abſtracti teſtes de carcere terni:
P recepto mox prefecti cogente ſuperbi:
A n vellent duris rogitant cedere pœnis?
Q ui bene cõcordes:clara quoq; voce fatentes:
P atrẽ cum nato necnõ cum flamine ſacro
E ſſe deum verum.ſolumq; perenniter vnum.
T eſtantur mox malle mori pro nomine chriſti:
M embratim quoq; ſupliciis ſcindi rediuiuis:
Q uam ſua colla diis vnquã ſubmittere falſis.
H ac magis offenſus preſes ratione prophanus:
C eu leo: non modica rugiens preceperat ira.
A thletis chriſti ceruices mox reſecari.
E t gladiis cunctos perimi baptiſmate lotos.
C edibus innumeris:vt iuſſit:nanq; peractis:
P reſul cum ſociis iunctus trahit venerandis
A d loca martyrii.damno capitũ peragendi.

Q ui nam gaudentes: domino laudeſq; canentes:
P ergebant prompti ſemet mox dedere morti.
P reſul tunc oculis ſurſum manibuſq; leuatis:
A ltithrono tales fundebat congrue grates.
M i dee: mi factor: mi clemẽtiſſime rector:
Q ui me vitali preſtans aura pie veſci:
S cilicet ingenii donaſti luce profundi:
Q uo tis ſecretum ſcrutarer myſteriorum:
T e ſolum laudo. te cordetenus benedico.
E t tibi deuotas cunctis grates ago membris:
P ro cunctis donis mihi collatæ pietatis:
T eq; precor maieſtatis rex magne perennis:
V t dare perpetuã mihimet dignere coronam.
A tq; meis ſociis pro te nunc iam morituris.
T uq; tuũ populum ſerua pietate paterna:
Q uem paſcens fidei tibimet ſermone nutriui.
H is ita poſcẽtis precibus iam rite peractis:
V na diſcipuli ſancto cum preſule bini
P oplitibus poſitis: ceruicibus atq; reflexis:
I ctus lictoris ſuſceperunt ferientis.
Q uorum permanſit celebris confeſſio talis.
V t dum preciſis ſiluerunt corpora collis:
P alpantes linguæ laudes domino cecinere.
T runcatũ quoq; pontificis corpus morientis
E rigitur ſubito. nitidum ſpl endore ſeræno.
A tq; caput brachiis portãs propriũ bene firmis:
D eſcendit recto greſſu de monte profundo
I n quo martyriũ cõſumauit precioſum.
T ranſilienſq; viæ citius duo milia duræ:
V enit aduſq; locum ſeruando corpore dignum:
Q uem deſcendentẽ: curſuq; cito gradientem
C œtus angelici comitãtur luce ſereno.
A lleluia deo reſonantes voce ſonora.
H is ſignis factis cõuenit turba fidelis.
M artyris atq; loco venerabile corpus in ipſo
Q uem ſibi ſignauit. cum poſt greſſus requieuit:
I mpoſitum tumulo venerant̃ honore ſupremo
E xequias tanti luctu celebrando patroni.
I llic pro meritis eius Ieſus venerandis
C hriſtus virtutes fecit clareſcere ſignis:
N am viſus cecis: linguæ ſermo quoq; mutis:
A uditus ſurdis: ſolidus greſſuſq; podagris:
T eſte præcante ſacro donat̃ crebrius illo.
E t variis ægri morbis qui debilitati

A duenіunt læti.membris redeunt renouatis.
H ic quoq; nō raro mœſtis ſolamina grata:
E t munus veniæ ſceleroſis fertur ab arce.
H is qui ſacra precum profundūt vota ſuarum:
M artyris ad tumulū propriū deflendo reatum.
C uius cōtinuo nos interceſſio ſancta
C ōmendet chriſto.ſcelerum veniāq; precando.
O btineat noſtris ipſum pie parcere culpis.
E t partem nobis vitæ preſtare perennis.
Q uo mereamur eum læti laudare per æuum
Q ui poſt dura ſuis ſemper certamina ſanctis
M artyribus:duplicis brauiū preſtabit honoris.
V t dum cōgaudent animæ ſuper æthera ſanctæ:
N on minus in tumulo lætent mortua membra
S ignorū titulis crebro glorificata coruſcis.
I pſi ſumma ſalus:perpes victoria:virtus:
L aus:honor: imperiū:ſemp decus omne p æuū.

HYSTORIA PASSIONIS SANCTAE AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS.

ARGVMENTVM IN EANDEM.

Agnes puella Rhomana pulcritudine eximia & chriſtiana: In cuius amorem filius Sempronii Comitis vrbis prefecti perdite incidit: primo illā verbis & muneribus tentans vt amori ſuo reſpōderet Illa conſtanter chriſtum ſponſum ſuū affirmās: cui iugi caſtitate ſe dedicaſſet.tandem ab eodē ad templū veſtæ (in quo virgines veſtales deæ veſtæ: hoc eſt æterno igni ſeruiebāt) trahitur: vt huic ſacrificaret. quod cū rennuiſſet: a prefecto pre ira furioſo in fornicem rapitur: vt cunctorum ſtupro & ludibrio illā proſtitueret. Cūq; illā iuuenes furiētes cōgredi vellēt: mox fornicē īſolita lux texit. quæ vim inferre volētes virgini repulit. tādē ipſe veniēs prefecti filius inſolētior:virginē aggrediens mox pronus in terrā cadēs: exhalabat animā. pater merēs mortē filii ſubitā: virginē magicis artib9 īſimulat. virgo vero ad oſtendendū chriſti virtute: nō magicis artibus factū: in laudem dei mortuū reſuſcitat. quo pater uiſo:dubitat quid de uirgine faciat.fidē chriſti ſuſcipit. q̄ re ad ſacerdotes delata: ſibi ydo

liſcꝫ timentes tumultum cõmouẽt uirginem morti tradi uolunt. Prefectus iã fidelis: ne fidelem damnare cogatur: ſe ſubtrahit. aliũ ſubſtituit. qui illam in ignẽ coniiciebat. flãma corpus virginis fugiens multos aſtantes abſumpſit & ambuſſit. Tandẽ virgine in mortem cõſenciente: a carnifice gladio trãſuerberatur. Corpus ſepulturæ a parentibus tradiẽ ſpiritus virgineis choris cũ chriſto ſociatur.

INCIPIT HYSTORIA.

Irgo quæ vanas mundi pompas ruituri:
Et luxus fragilis cupiẽs cõtẽpnere carnis:
Promeruit regis vocitari ſponſa perennis.
Q uæ velit angelicæ pro virginitatis honore.
I pſius aſtrigera ſponſi cœleſtis in aula
A ddita cœlicolis nitida fulgere corona.
A tcꝫ ſequens agnũ carmen cantare ſonorum.
C onſeruet pure ſincero cordis amore
S ignum laudabilis quod portat virginitatis.
Q uæcꝫ caput chriſto ſignat velamine ſacro
H ereat affectu tenero cõſtanter in illo.
A c cunctis aliis ipſum preponat amicis:
Q ui rutilans nimiũ forma ſpecioſus amœna
N atos cunctarum merito vincit mulierum.
C uius amore quidẽ feruentes congrue pridem
P erplures ſacræ conſtanti corde puellæ
E legere mori. ſœuis pœniſcꝫ necari:
Q uã decus inſignis corrumpere virginitatis.
I nter quas Agnes mundo celeberrima virgo:
I ure ſui ſponſi condigna laude decori
C hriſti diſſimilẽ cunctis recitando decorem:
V irginibus ſacris eius cõmendat amoris
P ignus: qui genitus de virgine ſolus
S ponſus caſtarum necnõ decus eſt animarum.
Ec Agnes ergo meritis clariſſima virgo:
Carmine nõ culto pangit quã noſtra camena:
V rbis famoſæ prenobilis incola Rhomæ
P rodiit almorũ clara de ſtirpe parentum.
I nclita nobilitas quos vexit & alma poteſtas.
O rtus atcꝫ ſui reſpondens nobilitati.
P ulchra fuit facie. fideicꝫ decora nitore.
P recipuis nimiũ meritis mũdocꝫ celebris.

SANCTE AGNETIS.

Q uæ: iam tincta ſacri pura baptiſmatis vnda:
E t de delicti maculis mundata veterni:
S e totã chriſto deuouit mente benigna.
N itens ſeruata bene virginitate beata.
S pernere carnales affectus fortiter omnes.
C elibis & vitæ durum luctamen inire.
Q uo victrix hoſtis corruptelam ſuadentis:
I ungi cœlicolis meruiſſet in æthere ſanctis.
St vbi luſtra duo celeri curſu reuoluta
Inſuper & ternos ætatis tranſiit annos
S imphronii comitis prefecti ſcilicet vrbis
F ilius: inſignis iuuenilis ſtemmate floris:
I llius formæ decus vt vidit ſpecioſæ:
A ffectu nimio cordis ſuſpenſus in illa:
H anc ſibi pre cunctis vnam delegit amandam:
S e fortunatũ credens & honoribus aptum:
S i tam prepulchræ meruiſſet habere puellæ
D ulcia per propriæ tempus conſorcia vitæ.
H inc illam adiit. multis comitatus amicis.
D eſponſare volens ſponſam chriſti venerandam:
P luraqꝫ de patriis cõportans munera gazis:
S tultus ſperauit quod perpetrare nequiuit:
V irginis vt ſtabilem donis corrũpere mentem:
I llius & turpi cõiungere poſſit amori.
S ed chriſti virgo ſpernens (ceu ſtercora) dona
P ondus & oblati dedignãs protinus auri:
S plendorẽ quoqꝫ gemmarũ rutilum variarum:
H is verbis iuuenẽ cauſari fertur amentem.
O fili mortis merito damnande perennis.
O fames ſcelerũ. cõtemptor & omnipotentis
D iſcedens a me citius fugiendo recede.
N ec credas te poſſe meũ peruertere purum
C or. quod amatoris preuenit nobilioris
D ulcis amor: pulcrũ cuius fidei fero ſignum:
I n facie ſumma. necnõ in corpore toto.
Q uo me ſignauit. ſtrictimqꝫ ſibi religauit.
N e mea mens aliũ iam preſumpſiſſet amicum
Q uerere. ſed ſolum complecti diſceret illum
Q ui virtute potens: omniqꝫ decore refulgens:
C œleſtes & mortales ſupeminet omnes.
H unc ſine matre pater cani retro tempora mundi
I n deitate parem. nec maieſtate minorem.
O mnipotens genuit. per quẽ ſibi ſæcula fecit.
E t ſine patre quidem mater pariebat eundem.

F actorem propriũ lanctans.ſub tempore natũ.
C uius prepulcrã mirant̃ deniqꝫ formam :
S olaris ſplendor.lunæ renitens quoqꝫ candor.
L audantes radiis dominũ fulgentibus orbis.
C uius & imperio famulantia ſydera cuncta
I llis iniunctis cõplent per tempora curſum.
C ui cõclamantes condignis laudibus omnes
C œtus angelici non deſiſtunt famulari.
M ira tui bonitas eſt.& precelſa poteſtas .
G loria ſublimis.perpes concordia pacis.
L audabilis pietas. nimiũqꝫ benigna voluntas.
T alis namqꝫ meus quẽ diligo conſtat amicus.
Q uẽ fateor ſolum pre cunctis eſſe colendum.
I. lle quidem talis me deſponſauit amoris
P ignore:ceu ſpõſam clara dotando corona.
A tqꝫ meũ gemmis collũ cinxit precioſis .
A uribus & reſplendẽtes ſuſpendit inaures.
P rebens ornatus varii claros mihi cultus.
I pſius certe dulcedo fluxit ab ore:
Q uæ me lactauit.dulci paſtuqꝫ cibauit.
C eu nectar mellis ſuauis vel copia lactis.
I nſuper & thalamũ mihimet cõſtruxit in æuum.
L ucentẽ gemmis variis.auriqꝫ metallis.
O rgana melodiis in quo reſonando canoris
C armen dulce mihi cantãt per tempora ſecli:
E t pariter ſponſi laudes modulantia chari.
I llius affectum ſemper ſuadent mihi caſtum.
A ffectu quem ſecreto quom cordis amabo.
N ulla puellaris pacior detrimẽta pudoris.
A ſt vbi forte ſui merear cõplexibus vti :
E ius & in thalamũ ſponſarũ more coruſcum
D uci:permaneo virgo ſine ſorde pudica.
C ui debebo fidem ſoli ſeruare perennem.
I pſi me toto cordis conamine credo .
Is miſer auditis:ſpiculis perfoſſus amoris
Ingemuit.crebro ducens ſuſpiria longa.
H oc quia nõ meruit:cæco quod corde petiuit
E t ſuper hoc merens:nimioqꝫ dolore tabeſcens:
D ecidit in lectũ.ſtultiſſimus ille virorum.
E t ſimulans male languorẽ:celauit amorem:
Q ui ſibi cauſa grauis fuerat nõ parua doloris.
N ec mora fit notũ:fama prodente ſiniſtra :
N atum prefecti nimio languore ligari.
C onueniũt ſubito medici velut agmine facto :

A pponunt variis aptas morbis medicinas.
H arum ſed iuueni nil proficiedat amenti.
T andem ſenſerunt (quod mox patri retulerunt)
N on hoc languoris ſignum: ſed fortis amoris.
Q uod contriſtatus pateretur filius eius:
Q uo pater audito: cauſa morbiq; reperta:
V t leo frendeſcens rapidam conuerſus in iram:
I ncepit percontari rabie furienti:
Q uis foret ille poteſtatis ſic imperialis:
I n quo ſpe vana virgo confiſa ſuperba:
C rederet eſſe ſibi iunctum contemnere natum.
E ius qui plebi merito celeberrimus omni
E ſſet condigne ſummo prefectus honore.
H ec vbi diſſeruit: nimioq; furore latrauit:
C omperit hancipſam ſacro baptiſmate lotam.
A gnem chriſticolā primis fore ſemper ab annis:
E t conſeruandæ pro virginitatis amore
E ſſe ſuum ſponſum conſueto dicere chriſtum.
Q uo nam comperto: lætatur corde maligno.
S perans mox teneram merito debere puellam
S euis ad cultum pœnis vrgere deorum.
E t ſic poſſe ſuum tandem complere furorem.
Q uo pro contemptu nati furiebat egroti.
H inc illam citius ſiſti conſpectibus eius
I uſſit. & adſtantem nullo mœtu trepidantem:
P rimo ſuadelis nimium mulcebat amicis.
T unc etiam probris dure cogebat amaris:
V t ſe ſponte ſui nati copularet amori.
E t ſymulachra deum coleret. chriſtumq; negaret.
S ed virgo chriſti nec ſupliciis ſuperari
N ec blandimentis potuit deuincier vllis:
Q uin ſeruaret amatori ſine fraude priori:
Q uod pepigit pactum ſigno fidei ſtabilitum.
C ui preſes (prauam rurſum renouans ſuadelam)
D ixit. ſi vere cupias intacta manere
V irgo: deæ magnæ citius ſubiungere veſtæ.
E ius ſacricolis & conſociare puellis.
Q uo condigna fias illi ſemper famulari.
Ec inquit preſes. contra ſed ſic ait Agnes.
Si mihi iure tuum placuit contemnere natū:
Q ui ratione vigens: cunctis quoq; ſenſibus vtens
C orporeis: anima regitur nunquam moritura:
Q uamuis ſit merito baratro damnandus in ymo.
M ultis errorum pro conmiſſis variorum.

N i ſanum ſapiens: et quandoquidem reſipiſcens
S e tingi faciat pura baptiſmatis vnda.
Q uis te poſſe minis ? vel quis tandem ſuadelis ?
A d ſymulachrorum reris me cogere cultum ?
A rtificum cura que conformata metallo
M embrorum falſam portant ſolummodo formā .
M obilis officium conplent nec corporis vllum.
E t neqꝫ viuentis quicquam monſtrant animalis .
E t quod ab hiis inſenſatis monſtrisqꝫ profanis
S olamen vitæ mihimet ſperare gerendæ
P oſſum? que vita ſenſuqꝫ carentia cuncto
N ec ſibi proficiunt. mihi nec ſuccurrere poſſunt.
H ec vbi dicta dedit : preſes Symphronius inquit
F lorentem primis te nam cognoſco ſub annis :
I ngenio paruam. necnon ætate tenellam .
H inc infantili parcendo ſimplicitati : .
P rudenter te ſubporto laſciua puella
Q uo parcendo tuum citius te flectere collum
S ub ſacris veſtæ plantis faciam venerandæ .
T ureqꝫ noſtrorum numen placare deorum .
S ed ſi tam mitem ſpernendo mei pietetem
C ontraluctaris. mea nec precepta ſequaris.
V ltra non parco. ſed vim iuſtam faciendo
M ando ſub obſcenæ latebris te claudier ædis .
I n qua criminibus turpes gaudent mulieres.
E t faciam pollutarum ſociam meretricum .
Q uo tu quæ clara polles de ſtirpe creata
D edecus omne tuis ſis & confuſio turpis.
A t ſacra virgo minis nimium trepidās ſuper iſtis
A udacter mox prefecto dedit iſta reſponſa
S i tu namqꝫ deum ſcires hunc quem colo verum :
I lliusqꝫ poteſtatem ſine fine vigentem:
Q ua ſemper proprios pie confortando miniſtros
A ntiqui fraudes hoſtis confringit & omnes:
T alia verba tuo nolles profundere roſtro .
N ec mihi terrores totiens preponere triſtes .
H inc ego quæ ſectando fidem Chriſti meliorem
I llum cognoſco. necnon cognoſcor ab illo .
I pſius dextra me defendente ſuperna
S pero: delicti nunquam maculis violari.
C arnis ſpurcicias fragilis ſed vincere cunctas .
H iis dictis. ſeua preſes conmotior ira :
C œleſtis ſponſam regis iuſſit venerandam .
V eſtibus exutam:toto quoqꝫ corpore nudam:

C oncurrente trahi conuenticulo populari
I nq; lupanaris iuſſit concludier antris.
I n quo laſciui iuuenes rationis egeni
C olloquio ſceleroſarum gaudent mulierum.
S ed Chriſtus propriæ prebens ſolamina ſponſæ:
I llam conuiciis tangi non ſuſtinet vllis.
A ſt vbi diſtracto nudatur tegmine toto:
C ontinuo bene denſati creuere capilli.
Q ui ductu longo lapſi de vertice ſummo
D eſcendendo pedum plantas tetigere tenellas.
C orpus & omne comis tegitur ceu tegmine veſtis
V tq; lupanaris calcauit limina triſtis:
E xtemplo ſuauis ſenſit dulcamen odoris.
A tq; locum turpem miro ſplendore micantem
A ſpexit: tenebris qui ſordebat prius atris.
E t cum ſordidulum conpulſa ſubintrat in antrum
A ngelus altithroni blande ſtetit obuius illi:
C uſtos indubius fuerat qui corporis eius.
O btulit & veſtem niueo ſplendore micantem:
E ius menſuræ conformatam ſatis apte.
H ac induta quidem: direxit ad æthera vocem:
A ſſidue grates Chriſto reſonando ſuaues.
C uius opem tanti ſenſit ſub faſce pericli.
C uius & auxilio fuerat protecta paterno.
N e poſſet veteris corrumpi fraudibus hoſtis.
I nterea iuuenes cæcato corde furentes
V ndiq; collectis curſim venere cateruis.
C ertantes ſtudio peruerſæ mentis iniquo
Q uis prior intraret: vel quis perdiſcere poſſet
A n virgo ſuffulta ſui munimine Chriſti:
H ec quæ carnales ſemper contemſit amores:
I am nunc in cepto poſſet perſiſtere voto.
N ec mora cognoſcunt. nec contradicere poſſunt.
Q uod nunquã longũ quis confundetur in æuum
Q ui credens domino: firma ſpe pendet in illo.
N am quicumq; ſua conpulſus mente ſuperba
I ngreditur turpis latebras temerarius ædis:
V t radios lucis vidit mire rutilantis:
A ngelicæ prefulgentem veſtisq; nitorem:
C orreptus ſigni nimio terrore ſtupendi.
P roſtratus ſacræ plantis extemplo puellæ:
P oſtulat errorum laxari vincla ſuorum.
T eſtaturq; deum verum fore iure colendum.
E ius cultores qui conſolabitur omnes.

S icq; locus ſcelerum domus efficitur preclarum.
T andem prefecti natus venit male ſanus.
C uius ſuſtinuit cauſa vim virgo beata.
Q ui mox ingreſſus ridenti corde miſellus:
N ec dixit laudem domino. nec reddit honorem
G ratia triſtifico cuius radiabat in antro.
S ed de ſe ſtabilem lætus tendebat in ædem.
A mplexu dulci ſperans ſe virginis vti
I am licito ſacræ. cuius languebat amore.
S ed chriſti pietas: necnon precelſa poteſtas.
F ortiter obſiſtens illi peruerſa volenti.
A corruptela propriam protexit alumnam.
I n reprobam miſerum mortem tradebat & illũ.
N am mox vt rapido curſu properauerat illo:
Q uo ſuplex laudes domino reſonauerat Agnes:
I nfœlix membris improuiſa reſolutis
M orte ruit pronus. Chriſti virtute peremptus.
Q uo pater audito: miſer aduenit lachrimando.
S tipatus multa populorum namq; caterua.
E t ſeſe miſerum clamans. ſpargebat in altum
V oces. hiis ſanctam verbis cauſando puellam.
O mulier mala: crudelis: cui non muliebris
C ordis ineſt. feritas nimiumq; cruenta voluntas.
C orpore ſub tenero frendeſcens more ferino.
D ic quæ cauſa meum cogit te perdere natum.
Q ui decus omne ſuis. & ſpes fuerat genitoris.
Q uondam fœlicis talis de germine prolis.
S ed nunc orbati miſere pro funere nati.
H inc patet ergo tuam mentem nimium viciosam.
D e riuulis magicæ fraudis bibulam ſatis eſſe.
F lorentem primis quia forte necare ſub annis
S ubtracta dulci iuuenem vita valuiſti.
A t ſacra conuiciis virgo non frangitur iſtis.
P rofecto non reſponſum reddebat acerbum:
Dulcia ſed reſono profundens verba palato:
D ixit facunde bene compoſita rationne.
N on ego cauſa necis fueram iuueni pereunti.
S ed magis ipſe ſibi fuit incenſor moriendi.
G lorificare deum ſtultus quia ſpreuerat illum:
G loria triſtifico cuius prefulget in antro.
S ed nunc vt plane toto clareſcat in orbe
E ius maieſtas: necnon precelſa poteſtas:
I pſius ſuauem ſuplex oro pietatem:
V t corpus rigidum iubeat recaleſcere rurſum.

A tq; nouum membris hominē reparat rediuiuis.
D ixit. & aſtantes abeant preceperat omnes.
E t proſtrata ſolo: fundensq; preces lachrimando:
P reſtari petit a domino veniam ſceleroſo.
C ui mox oranti: miſero vitamq; precanti:
A ngelus aſtiterat. procumbentemq; leuabat.
P rebens colloquiis illi ſolamen amicis.
I n verboq; dei iuſſit virtute potenti
E xtinctum ſubito flatu vixiſſe reſumpto.
Q ui citius dicto iuſſus ſurrexit ab humo
V iribus & cunctis plene membris reſtitutis.
A c laudum dulces ſpargens ſuper æthera voces.
G rates continuo ſoluebat mente iocunda
C hriſto victori. mortis vitæq; datori.
I nde quidem prima prorſus forma reuocata:
P roceſſit viuus: qui morte fuit religatus.
A tq; ſuo triſti ſe preſentando parenti:
F it res gaudendi fuerat cui cauſa dolendi.
H inc crebro cœlum pulſans clamore profundum:
V titur & verbis ſuadens ſtudioſius iſtis.
C redite Rhomani ciues rogo credite cuncti
E ſſe deum Chriſtum verum. q; perenniter vnum
C um patre celſithrono. necnon cum flamine ſacro
S emper regnantem ſceptrum cœliq; tenentem.
S ub ditione ſua qui complectens vniuerſa.
C uncta gubernaclis regit inmenſæ bonitatis.
H ic eſt orandus. ſolusq; colendus. amandus.
Q ui prius errantem: necnon peruerſa volentem:
M orte repentina citius me preueniendo:
F inem ſtulticiæ dignabatur dare tantæ.
E t poſt erranti promptus ſolito misereri:
V irginis Agnetis precibus ſere ſtudioſis:
M ollitus rurſum vitæ reddit renouatum.
A t pater vt natum prodire ſui rediuiuum:
P erfectum ſpecie vidit: plenumq; decore:
I nteritum lachrimis cuius defleuit amaris:
M ox ſuper inſolita ſigni nouitate ſtupendi
A dmirando pauet. læto ſed pectore gaudet.
T unc amplectendo collum pietate paterna:
M itia predulci libauerat oſcula proli.
A tq; deum verum clamans dixit fore Chriſtum.
C uius tam celerem cognoſcebat pietatem.
C uius & imperio mors ſuccumbebat amara.
R eddens viuentem quem ſorbebat morientem:

Scilicet aſtantes animis mirantibus omnes
Tollunt in cœlum læti preconia laudum.
Laudãtes ſanctũ domini nomen benedictũ.
Hoc vix pontifices crudeli corde ferentes:
Commouere quidem nõ paruã ſedicionẽ.
Agnem ſacrilegã dicentes. & ſceleroſam.
Occidi pœnis citius debere cruentis.
Illius cauſa quia cõtemptũ ſymulachra
Cunctaq; ſacrorũ pateretur iura ſuorum:
Hinc preſes mœſtus turbato pectore factus
Condoluit ſacræ ſubtriſti mente puellæ.
Ignorat tamẽ omnino dubius ſuper illa
Quid ſibi ſectãdũ: vel quid reſtaret agẽdũ.
Perdere nõ placuit. ſed nec defẽdere quiuit.
Tandem diſceſſit mœrẽs. aliũq; reliquit
Iudicis officio functũ feritate lupina.
Qui fuit Aſpaſius dictus. rituq; profanus.
Qui citus Agnetẽ proici precepit in ignẽ.
Pontificũ votis male cõcordãdo malignis.
Sed corpus caſtũ nulla de ſorde piandũ:
Ardor carnalis quod nõ ſuccẽdit amoris:
Ignis nõ leſit preſens. nec tãgere quiuit.
Deniq; diuiſæ diuino numine flammæ:
Virgineis tribuere locũ precibus ſpacioſũ.
Ac prorumpẽtes: æſtu nimio furiẽtes:
Perdũt carnifices vrendo primitus oẽs.
Hinc circũſtantẽ lambẽtes vndiq; plebẽ
Incredulã. plures rapti ſtrauere phalãges.
Sola ſed ĩmunis ſtabat pia virgo caloris.
Inter flãmarũ crines ludens crepitãtes:
Orauitq; deũ verſis ad ſydera palmis.
Hac vtẽs in frõte prece modulamine laudis
Omniparẽs verbi genitor: mũdiq; creator:
Qui cũ dilecto regnãs retro tẽpora nato:
Amborũq; coæterno cum flamine ſacro:
Digne laudaris. coleris. veneraris. amaris.
Te ſolum laudo. te laudando benedico.
Et tibi deuote grates perſoluo perẽnes.
Eiuſdẽ quia fulta tui munimine nati:
Nunquã ſuccubui ſerpẽtis fraude vetuſti.
Corpore ſed caſto: puro cordiſq; ſecreto:
Carnis ſpurcicias pertrãſiui bene cũctas.
Pœnas ſacrilegi pariter ſuperãdo tyrãni.
Hinc gaudens in te nimium ſuper hac pietate.

A d te nunc animis feſtino venire iocundis.
O ptans iura pati mortis.citiusq; reſolui.
Q uo merear vere contemplari ſine fine
T e quem queſiui.quem ſolum ſemper amaui.
T u clemens animam pro te de corpore pulſam
I ntra clauſtra tui dignanter ſuſcipe regni.
Q uo tu iure tuo pollens ſub nomine trino:
R ex vnus machinæ rerum per ſecula trinæ.
I ſtaq; cuncta regis ſceptro ſummæ deitatis:
S cilicet orantis precibus iam rite peractis.
I gnibus extinctis:moritur ſubito rogus omnis.
E t cinis ipſe ſuis confrigeſcendo fauillis.
S ic expers omnis factus fuit ymmo caloris:
V t nec ſcintillam ſibi poſt ſeruauerit vllam.
H oc igitur ſigno iam clareſcente ſtupendo:
Q uanto ſe virtus chriſti plus detegit orbi:
T anto maioris rabie ſpirando furoris:
I niuſtus iudex animo cruciatur amaro.
N ec patitur ſacram poſt hec ſupereſſe puellam.
P er quam ſunt crebro miracula tanta patrata.
E nſe ſed inmiſſo tenerum guttur penetrando:
M artyris æg regiæ iugulum perfodit amare.
E t vice conuerſa:quod non ſperauit:agendo
I lli profecit:cui gratis obeſſe cupiuit.
T ranſmittens cœlo:quam ſubtraxit male mũdo.
A t vbi pro chriſto lœtali vulnere leſa:
E xtremum domino flatum reddit moriendo.
A tq; fide ſalua:gaudens obdormit in illo.
O tius angelici cœtus de ſydere lapſi
A ſtantes:animam niueo candore coruſcam:
N ecnon cœleſtis perfuſam luce nitoris.
B lande ſuſcipiunt lætiq; per aera tollunt.
C ongrue diuine laudis reſonantibus hymnis.
I ndeq; tranſuectam celeres ſuper ætheris ignes:
D ucunt aſtrigeram ſponſi cœleſtis in aulam.
A quo continuo clarum rutilante corona
D onatur.puræ pro virginitatis honore.
N ec minus ergo ſui ſigno donanda triumphi:
M artyrii palmam ſumſit ſine fine gerendam.
Q uo martyr fœlix:duplici certamine victrix:
C orporis & mentis carni ſemper renitentis:
V tens æterni brauio regni duplicato:
I nter virgineas fulgeret clara cateruas:
L ilia ceu pulchro roſeo permixta rubore:

Inter delicias florum rutilant variorum:
Interea quoq; ſummorum ſacra cura parentum:
Excultum magna funus venerabile pompa
In gremio terræ toto contexit honore.
Nec ſaltim buſtum ſacratæ virginis ipſum:
Quod pro ſeruandis fuerat venerabile membris:
Sollicitudo parentalis contemſit amoris.
Sed ſub nocturnis ſeruat vigilantius horis.
At dum peruigiles conſueto more parentes
Excubias proli celebrabant mente fideli:
Cœlitus hiis ipſis monſtratur viſio. talis:
Deniq; virgineas ſubito deſcendere turmas
Viderunt: lapſas celeri de cardine cœli.
Ornatas pulchre. pleno comptasq; decore.
Inter quas Agnem ſimili ſplendore nitentem:
Conſpexere ſuam. pro chriſto martyriſatam.
A dextris cuius niue candidior ſtetit agnus.
Quos merito fidei ſciuit dignos venerari.
Blande colloquiis illos affatur amicis.
Dicens: gaudeteq; mecū gratulando per æuum.
Sum quia lucifluo regis cœleſtis in aula
Virginibus ſacris ſociata perenniter iſtis.
Et nunc in cœlis illi coniungor amoris
Amplexu dulci: quem ſemper mente fideli
In terris colui. cupiens ſine fine tueri.
His igitur dictis: ſubito diſceſſit ab illis.
Qui nimium leti tanto ſolamine facti:
Siccabant lachrimas ſuper eius morte refuſas.
Et laudes domino pſallebant voce canora.
Qui poſt dura ſuis tribuit certamina ſanctis
Teſtibus eterne clementer premia vite.

EPILOGVS

Huius omnē materiam (ſicut & prioris) opuſculi ſumſi ab antiquis libris. ſub certis auctoꝝ nominibus cōſcriptis. excepta ſuperius ſcripta paſſione ſancti Pelagii. cuius ſeriē martyrii quidā: eiuſdē in qua paſſus eſt indigena ciuitatis: mihi expoſuit. q ipſū pulcherrimū viroꝝ ſe vidiſſe: & exitū rei atteſtatus eſt veraciter agnouiſſe. Vnde ſi quid in illis falſitatis dictando comprehendi: non ex meo fefelli ſed fallentes incaute ymitata fui.

Sequitur Panegyris Oddonum

Prefatio Hroſuithæ Germanicæ in Panegyrim Oddonum.

erbergæ illuſtri abbatiſſæ cui pro ſui eminētia ꝓbitatis: haud minor
g obſequela veneratōis: q̄m pro inſigni regalis ſtēmate generoſitatis
Hroſuith Gandeſhemēſis vltima vltimarū: ſub huiuſmodi pſonæ do/
minio militātiū. quod famula heræ. O mea domna: quæ rutalāti ſpiritualis
varietate ſapiētiæ plucetis: nō pigeſcat vr̄i almitatē pluſtrare: quod vr̄a cōfe/
ctū nō ignoratis ex iuſſione. id qdē oneris mihi īpoſuiſtis: vt geſta Cæſaris
Auguſti (que nec auditu unquā affatim valui colligere) metrica pcurrerē ra/
tione. in huius ſudore ꝓgreſſiōis: quantū meæ inſciciæ difficultatis obſtiterit
ipſa cōiicere poteſtis. quia hec eadē nec pri9 ſcripta repperi. nec ab aliquo di
geſtim: ſufficiēterq; dicta elicere quiui. ſed veluti: ſi aliqs neſci9 ignoti p lati/
tudinē ſaltus eſſet iturus: vbi oīs ſemita niuali denſitate velaret̄ obducta.
hic ꝙ nullo duce: ſed ſolo premōſtrantiū nutu inductus. nūc p deuia erraret
nūc recti tramite callis improuiſe incurreret. donec tandē emēſa arboreæ me
dietate ſpiſſitudinis: locū optatæ cōprehēderet quietis. illicq; gradū figēs: vl
terius ꝓgredi nō preſumeret. vſq; dū vel alio ſupueniēte induceret̄: vel prece
dētis veſtigia ſubſequeret̄. hāc aliter magnificarū prolixitatē rerum iuſſa in
gredi: regaliū multiplicitate geſtorum nutādo & vacillando egerrime trāſcur
ro. hiſq; admodū laceſſita: cōpetēti in loco pauſando ſileſco. nec Auguſtalis
proceritatē excellētiæ ſine ducatu appono ſubire. Si enim facūdiſſimis diſer
tiſſimorū ſentēciis: quas vel modo ſcriptas: vel ocius de his rebus nō dubito
fore ſcribēdas: fuerim animata: fortaſſe nanciſcerer vnde mei ruſticitas vela/
ret̄ aliquātiſper. Nūc autē omne latus tāto magis caret defenſiōe: quanto mi
nus vlla fulcit̄ auctoritate. vnde eciā vereor me temeritatis argui: tēdiculaſ/
ꝙ multorū nō deuiare conuicii: eo ꝙ verbis pompoſis facetæ vrbanitatis ex
ponenda eloquētius: preſumpſerim dehoneſtare inculti vilitate ſermonis. Si
tamē ſanæ mētis examē acceſſerit: quæ res recte pēſare nōneſcit: quāto ſexus
fragilior: ſciēciaq; minor: tanto venia erit facilior. preſertim cum nō meæ pre/
ſumptiōis: ſed veſtrū cauſa iuſſionis: huius ſta men opuſculi ceperim ordiri
Cur tamē aliorū iudicia formido? quæ veſtri ſolūmodo cenſuræ: ſi qd fefelli:
obnoxia exiſto. vel cur nequeā deuitare cōuicia? quæ ſolūmodo ſilētio ſtude/
re debeo. ne ſi ſeriē: pro ſui vilitate nulli oſtendēdā: velim propalari: merito
omniū ſuccumbā reprehēſioni. veſtro autē veſtriq; familiariſſimi: cui hāc ru/
ſticitatē ſanxiſtis preſentatum iri: ſcilicet archipreſulis Vilhelmi iuditio: quo
quomodo factū ſit: eſtimandū relinquo.

Hroſuithe Illuſtris mulieris germanicæ in geſta Oddonis primi Prefatio.

Ollens imperii regnator cæſariani
Oddo: qui regis pietate fauente perennis
p In ceptris Auguſtalis preclarus honoris:
Auguſtos omnes ſuperas pietate priores:
Quem plures gentes paſſim metuunt habitantes:
M uneribus variis Rhomanus donat & orbis.
E xiguum munus ne ſpernas carminis huius:
I ſte. ſed oblatos laudum placeat tibi cenſus:

Q uem poſtrema gregis ſoluit tibi gandeſhemēſis
Q uem dulcis patrum collegit cura tuorum.
C ōtinuumq; tibi debet ſtudium famulandi.
F orſan geſtorum plures ſcripſere tuorum.
E t ſunt ſcripturi poſt hec inſignia multi:
S ed nō exemplum quiſquam mihi prebuit hoꝝ.
N ec ſcribenda prius ſcripti docuere libelli.
C auſa ſed eſt operis tantum deuotio mentis.
H æc & ad audēdum ſuadebat opus metuendū.
N am ſat formido ꝙ geſta tui modulando
I ncaute ſim falſa ſequens.non vera retexens.
S ed hoc non ſuaſit mala mis preſumptio mentis.
N ec ſumma veri contempta:ſponte fefelli.
S ed res vt ſcripſi: ſeſe ſic prorſus habere:
I pſi dicebant mihi: qui ſcribenda ferebant.
H inc Auguſtalis pietas non ſpernat honores:
Q uos ſimplex humilis geſſit deuotio mentis.
E t cum te libri laudantes congrue multi
P oſt hec ſcribentur:meritoq; placere probentur:
O rdine poſtremus non ſit tamen iſte libellus.
Q uem prius exemplo conſtat ſcriptum fore nullo
E t licet imperii teneas decus Octauiani:
N on dedigneris vocitari nomine regis.
D onec perſcripto vitæ regalis honore:
O rdine digeſto:necnon ſermone decoro.
D icatur ſceptri decus imperiale ſecundi.

Alia prefatio eiuſdē ad Oddonē ſecūdum
Regem:cuius iuſſu hunc librum ſcripſit.

Ddo Rhomani prefulgēs gēmula regni
o Oddonis flos auguſti ſplēdēs uenerādi.
C ui rex altithron9 ꝑpes quoq; fili9 ei9.
Preſtitit īperiū pollens in vertice rerum.
V ilem ne ſpernas vilis textum monialis.
Q uem preſentari ſi digneris reminiſci)
I pſe tui claris iuſſiſti nuper ocellis.
E t cum perſpicias maculis ſordeſcere crebris:
A d celerem tanto veniam mox pronior eſto:
I n monſtrando tuis quantum plus pareo iuſſis.
S i tis precepto non vrgeret metuendo:
N on foret vſq; modo mihimet fiducia tanta:
V t tibi preſentis ſcrutandum ruſticitatis
A uderem ſatis exiguum perferre libellum.
Q ui preſtante deo patri ſubiunctus in aula.
I pſius & monitis promptus parere paternis.
P ar decus imperii retines concorditer ampli.

C omportans dextra ſceptrum Regale tenella.
S ed quia te memini ſublimiter aſſimilari
N ato famoſi regis Dauid: Salomoni.
Q ui genitore ſuo preſēte: iubēteq; ſācto:
O ptata regnum ſuſcepit pace paternum.
I pſius exemplo te contentū fore ſpero.
Q ui cum regnādo reſideret in arce ſupba:
P rudenter legum cōdēs decreta ſacrarū:
A c penetrās animo rerū ſecreta profundo:
N unc libet & minimis mentē laxare rimādis.
S ed nec conflictū faſtidit rite duarum
S oluere: iudicii celeri diſcrimine recti:
P rolem reſtitui veræ mandans genitrici.
H inc ſuplex te poſco quidē noſtrū Salomonē:
E t licet imperii tenearis ſollicitandi:
C ura: digneris tamen & propriæ monialis
T ranſcurrēs ſeriē nunc lectitare recentē
Q uo male cōpoſitis verbis mox decidat oīs
R uſticitas oris. de tractibus imperialis
N ominis: & titulo ſignata tui venerādo.
D eſpectus nimia meriti tueātur ab aura.

INCIPIT HYSTORIA

Poſtq̄m ſtirps Karoli magni deſiit: Imperiū Rhomanū ad Saxones migrauit. quod Hēricus primus cum vxore Mathilda ſuſcepit.

P Oſtq̄m rex regū q ſolus regnat in æuū
Per ſe cūctoꝝ trāſmutās tēpora regū:
Iuſſit frācoꝝ trāſferri nobile regnum
Ad clarā gētē ſaxonū (nomē habentē
A ſaxo) p duriciē mentis bene firmā.
F ilius Oddonis magni ducis & venerandi:
S cilicet Hēricus. ſuſcepit regia primus
I uſto ꝓ populo moderamīe ſceptra gerēda.
H ic pollēs quātæ fuerat bonitatis honore
E t quāta populos rexit pietate ſubactos:
Q ualiter & reges meritis tūc tēporis oēs
P reeminet eximius. excedit deniq; vilis
H uius carminuli textum nimiū vicioſi:
N am fuit imitis reꝓbis. blādus quoq; iuſtis.
S ummo cōſeruans ſtudio legalia iura.
A equa ſatis meritis reddēs quoq; premia cūctis.
H uic rex pacificus dederat de ſydere Chriſtus
E ius ciuilem vitæ per tempora pacem.
O mine fœlici tenuit quoq; culmina regni:
N i fallor: denos labētis tēporis annos:

N ecnon bis ternos multum fœliciter actos:
C onregnante ſua Mathilda coniuge clara.
C ui nunc in regno non conpenſabitur ulla:
Q uæ poſſet meritis illam ſuperare ſupremis.
Hēricus tres filios ex Matilda ſuſcepit. Oddo
nem Henricū & Brunonē epiſcopū Coloniēſē
Rina qb9 deitas dederat tres deniq; natos
t Iam tunc fœlici diſponendo pie genti.
Ne poſt Henrici mortem regis venerandi
I mperium regni male ſurriperent ſceleroſi.
H ii ſed regalis nati de germine ſtirpis:
R exiſſent regnum concordi pace paternum.
Q uamuis diſſimiles hiis ſeruarentur honores.
B inis regnanti ſubiectis ſcilicet vni.
I nter quos primus fulſit ceu lucifer ortus.
O ddo micans radiis nimium claræ bonitatis.
G ratia quem regis ſolita pietate perennis
R ectorem plebi preuidit rite fideli.
H ic ætate prior fuerat. meritis quoq; maior.
C ongruus & ſceptris defuncto patre gerendis.
N on opus eſt verbis eius ſummam probitatis
D icere. vel pueri meritum laudabile tanti.
C ui Chriſtus talem iam nunc augeſcit honorem:
P oſſidet vt Rhomam pollenti iure ſuperbam.
Q uæ ſemper ſtabilis ſummum fuerat caput orbis
E domat & gentes (Chriſto fauente) feroces.
Q uæ prius æccleſiam laniabant ſepe ſacratam.
P oſt hunc Henricus fuerat fœliciter ortus:
I mpoſitoq; patris famoſo nomine regis.
P rouida quem domini pariter ſapientia Chriſti
D ignatur ſeruare ducem populo bene fortem.
B elliger vt fortis: belli doctiſſimus artis:
F ortiter æccleſiam premuniret venerandam.
C eu murus iaculis obſtans fortiſſimus hoſtis.
P oſt hunc æccleſiæ paſtor Brun naſcitur almæ.
G ratia pontificis quem duxit ſumma perennis
D ignum katholici curam geſtare popelli.
H inc quoq; diuino nutu patris pia cura
I pſum ſeruitio Chriſti fecit religari:
A bſtractum gremio charæ nutricis amando:
V t regni pompis poſſet conſtare relictis
M iles ſtelligera ſemper regnantis in aula.
A t Chriſtus patris ſapientia vera perennis:
T yronem refouendo ſuum clementius iſtum:

I pſi dona dedit tantæ preclara ſophiæ:
Q uod non eſt illo penitus ſapientior vllus
I nter mortales fragilis mundi ſapientes.

Henricus primogenito Oddoni vxorem
Eaditham dat. ex qua Ludulfum genuit

Iis igitur pueris regali more nutritis
Ipſorum patri famoſo deniqȝ regi
Henrico placuit(factis quod rite repleuit)
V t vitæ calidas ſoſpes dum carperet auras:
I pſe ſuo primogenito: regiqȝ futuro
O ddoni: dignam iam deſponſaret amicam:
Q uæ propriæ proli digne poſſet ſociari.
H anc non in proprio voluit conquirere regno:
T rans mare legatos ſed tranſmiſit bene cautos:
G entis ad anglorum terram ſat delicioſam.
D emandans: vt continuo (tardamine miſſo)
A edvardi regis natam peterent Eaditham:
Q uæ patre defuncto iam tunc reſidebat in aula.
F ratre ſuo regni ſceptrum geſtante paterni:
Q uem peperit regi conſors non inclita regni.
I ſtius ægregiæ genitrix clariſſima domnæ.
A ltera ſed generis mulier ſatis inferioris.
H æc nam verſiculis proles quam ſcriptito regis:
H æc inquam fama cunctis fuerat bene nota.
N obilitate potens. primis meritis quoqȝ pollens.
E dita magnorum ſummo de germine regum.
C uius preclaro facies candore ſerena:
R egalis formæ miro rutilabat honore.
I pſaqȝ perfectæ radiis fulgens bonitatis:
I n patria talis meruit preconia laudis:
V t fore iudicio plebis decernitur omnis
O ptima cnnctarum quæ tunc fuerant mulierum:
N ec mirum meritis ſic lucebat bene primis:
G ermen ſanctorum quam producebat auorum.
H anc tradunt ergo natam de ſtirpe beata
O ſvaldi regis. laudem cuius canit orbis.
S e quia ſubdiderat morti: pro nomine Chriſti.
A t regis noſtri venientes deniqȝ miſſi
A d fratrem domnæ: iam tunc reſidentis in arce.
I lli nudabant quecumqȝ ſecreta ferebant.
Q ue ſibi percerte comperta: ſatis placuere.
M oxqȝ ſuæ dulci narrabat voce ſorori.
E xortans illam regi parere fideli.
I llam qui propriæ proli voluit ſociari.

Cumqꝫ ſuæ monitis menti inſtillaret amicis:
Oddonis dulcem pueri regalis amorem .
Colligit innumeras ſummo conamine gazas .
Aſt vbi collecti viſum fuerat ſatis ipſi :
Predictam ſociis domnam comitantibus aptis :
Trans mare percerte ſummo direxit honore .
Condonans illi gazas nimium precioſas .
Necnon germanam ſecum tranſmiſit Adiuam.
Quæ fuit ætatis:meriti pariterqꝫ minoris.
Quo ſic maiorem prorſus conferret honorem
Oddoni nato famoſi regis amando.
Aegregiæ binas ſtirpis mittendo puellas :
Vt ſibi quam vellet ſponſam licito ſociaret .
Aſpectu primo: ſed mox Eadith veneranda
Iure placens cunctis habitu ſummæ bonitatis .
Regali nato cenſetur congrue digna .
Hæc illi dulcem peperit clariſſima prolem
Nomine Luidulfum .tantis genitoribus aptum.
Quem populus merito dilexit amore tenello .
Exoptans prolongari vitam ſatis ipſi.

Henricus moritur & Oddo in regem vngitur .

Stis ſic habitis:inſtabat deniqꝫ finis
i Henrici regis. cuius mortem gemit omnis
Illius imperio populus iuriqꝫ ſubactus .
Quo nam defuncto: regnum ſuſceperat Oddo .
Eiuſdem primogenitus regis venerandus .
Et voto cuncti iam reſpondente popelli
Vngitur in regem (Chriſto preſtante) potentem .
Cui rex gratiolæ cœli munuſcula tantæ
Contulit: vt digne cunctis celeberrimus ipſe
Geſtorum reges fama precelleret omnes
Oceanus refluis quos iam circumfluit vndis .
Inſuper e tantis ipſum ſacra dextra potentis
Protegit inſidiis: occulta fraude paratis .
Et tam magnificis ornat perſepe triumphis
Vt credas regem Dauid regnare fidelem .
Iam nunc antiquis fulgentem rite triumphis.
Nec ſolum gentes frenis moderat bonitatis :
Quæ prius imperio patris dederant ſua colla:
Sed multo plures certe ſibi vendicat ipſe :
Subdens gentiles Chriſti ſeruis nationes .
Quo pax eccleſiæ fieret ſtabilita ſacratæ.
Ad bellum certe quotiens proceſſerat ipſe :
Nullus erat populus (quamuis virtute ſuperbus)

L edere qui poſſet vel exuperare valeret
I pſum cœleſtis fultum ſolamine regis.
E ius nec ceſſit telis exercitus vllis.
N i ſua ſpernendo forſan regalia iuſſa:
I llic pugnaret: quo rex iidem prohiberet.

Henricus ducit in vxorẽ Arnulphi filiã Iudithã

T dux Henricus frater regis venerandus:
a Princeps in regno fuerat tũc nempe quieto
Poſt regem plebi merito venerabilis omni
Q ui ſibi condigne legali iunxit amore
A rnulphi natam ducis ægregii generoſam.
N omine Iuditham. vultus ſplendore coruſcam:
A c fulgore magis cunctæ nitidam bonitatis.
H iis ita digeſtis: fuerat pax vndiq; noſtris
A d tempus modicum. libitoq; minus populorũ.
B ellorum certe ſeuo clangore tacente.

Henricus Oddonis frater ab Ever-
hardo capitur. & a fratre liberatur.

Quam tranquillũ ridens deduceret æuum
o Fortunata ſatis noſtræ reſpublica gentis.
Quæ nimis imperio regis regitur ſapientis
S i non antiqui mala calliditas inimici
T urbaret noſtrum ſecreta fraude ſerenum.
D eniq; deuictis alienigenum bene telis:
E xoritur noſtris ſubito diſcordia fortis.
L eſerat & plebem bellum ciuile fidelem:
P luſquam bellorum ſtructura frequens variorum
H uius cauſa mali fuerat non parua dolendi.
D eniq; conflictus quorundam non moderatus.
E x quibus Henrico quædam pars mẽte benigna
D euouit regis fratri ius vernulitatis.
P ars Everhardo comiti ſtudium famulandi:
A t cum quiſq; ſui peteret ſolamina domni:
H inc grauior dominis diſcordia naſcitur ipſis.
T andem percerte conflictu progrediente:
P redictus preſes male collectas legiones
M ox ad caſtellum Badulini capiendum
E x improuiſo mittens: ſub nocte nigella:
D uxit captiuum fratrem regis generoſum
H enricum. vinclis palmas ſtringendo cruentis
E ius candidulas. ornamentis magis aptas.
A tq; ſuas gazas diſperdens q̃m numeroſas.
A d ſua mox prolem ſecum deduxit herilem.
V titur vt ſocio proprii domini quoq; nato.

Q uo rex comperto: mœrens ſub corde ſecreto:
D efleuit triſtis nimium miſerabile factum.
V ix quoq; germani damnum paciẽs graue chari:
N obile mox Abrahæ factum ſequitur patriarchæ
Q uod miſerans egit: dum Loth ex hoſte redemit.
M ilitibusq; ſuis ſummo conamine lectis:
N ecnon inmodica tota de gente caterua:
P ompa regali pergit ſolamina fratri
F erre. ſub ingenti cordis languore dolenti.
N ec mora. quem venit fratrem refouere redemit.
A uctores tanti condemnauitq; piacli:
S uſpendens quoſdam ligno reprobis reparato.
Q uoſdam de patria mandans diſcedere chara.

Secũda cõſpiratio Everhardi in Oddonẽ primũ

h Iis bene diſpoſitis regis iuſſu ſapientis:
Protulit antiqui ruſum mala fraus inimici
Inuentum ſceleris primo mage deterioris.
C unctis horrendum ſeclis. meritoq; ſtupendum.
D eniq; predictus poſtquam rediẽs Everhardus
P reſes ab exilio: patriam remeabat amandam:
H oc ſibi gratiola regis preſtante benigna:
G iſverto comiti vinclis ſociatus amoris.
C onſiliũ dederat (quod nõ tibi Chriſte placebat)
V t caperent iuſtum regem domini benedictum.
E t quod plus iuſto: non iuſtam vim faciendo:
I llum mox proprio depriuarent male regno.
H oc quoq; conſilium: peruerſa mente repertum:
H enrico regis fratri ſuaſere fideles:
M ulcentes nimium verbis ipſum male blandis.
Q uo prius illatum nollet iam reddere damnum:
I pſorum votis ſed plus parendo nefandis.
S uſciperet regnum depulſo fratre regendum.
Q ui male blanditis tandem victus ſuadelis:
P rohdolor ipſorum ſe promiſit fore promptum
V otis. ac firmis hoc confirmauerat orſis.
S ed ſpero certe non ſe ſic corde tenere:
I llis conſenſum ſed vi prebere coactum.
Q ui male namq; ſpei vacuæ ſolamine capti:
S perabant regem populis olim dominantem:
I pſorum fragili citius ſubiungere iuri.
S ed rex de cœlis iudex æquiſſimus orbis
C unctorum ſolus qui cognoſcit cogitatus.
Q ua nam mortalis potis eſt diſperdere cordis
C onmentum tanti ſceleris virtute potentis

D extræ confregit. qua cuncta creata creauit:
S cilicet inſidias chriſti domino reparatas:
V ertit in auctores tanti meritoq; piacli.
Q uiq; ſuo laqueos domino tendere malignos:
E x ipſis ipſi primum ſunt illaqueati:

Vincunt ab Oddone Everhardus & Giſbertus.

On me plus licito tantæ ſophiæ fore iacto:
n Vt ſperem: plene verbis me edicere poſſe
Q uanta gratiolæ chriſtus virtute supernæ
S epius hunc ipſum regem digne benedictum
F ecit multiplices ſaluum percurrere fraudes.
N ecnon inſidias hoſtili parte paratas.
S ed nec hoc fragilis fas eſſe reor mulieris:
I nter cenobii poſitæ ſecreta quieti:
V t bellum dictet quod non cognoſcere debet.
H ec perfectorum ſunt conſeruanda virorum
P rincipium quod cunctorum finis quoq; regum
H oc dico ſolum. recte quod dicere poſſum.
S udori quis poſſe dedit ſapientia mentis
O mnia compoſitis ſapienter dicere verbis?
Q ui ſolus ſemper fecit miranda potenter.
Q uiq; Dauid regem totiens de fraude fidelem
E ripiens Sauli. ſceptrum regni dedit ipſi.
H unc pariter regem: Dauid pietate ſequentem:
P rotexit de millenis perſepe periclis.
D eniq; cum ſolus perpauco milite ſeptus
E ſſet ab aduerſis circumdatus vndiq; turmis:
I nſuper atq; fugam propriæ partis male factā:
P ectore mœrenti ferret nimiumq; dolenti.
C redere nec paucis ſeſe preſumeret ipſis.
I llum qui reliquis non deſeruere relapſis
S ed ratus tantum ſe mox grauiter moriturum:
O tius auxilii fultus virtute ſuperni:
M iratur turbæ ſe iam ſuperare cruentæ.
T antas abſq; ſuæ fraudes diſcrimine vitæ.
A t ſi forte ſuos (pugna creſcente ſiniſtra)
A udiuit ſocios lætali vulnere leſos.
P redicti regis: lachrimans mox vtitur orſis.
Q uæ mœrens dixit: triſti cum pectore ſenſit.
I ctibus angelici populum gladii periturum.
E n qui peccaui (dixit) facinusq; perægi.
H inc ego vindictæ dignus ſum denique tantæ.
H ii quid fecerunt? damnum qui tale tulerunt.
I am nunc chriſte tuis parces miſerere redemptis

N e premat inſontes iuſto plus vis inimica:
H as igitur preculas miſerans diuina poteſtas:
P arcebat regis ſolita pietate miniſtris.
E t dedit optatum miſerans ex hoſte triumphum:
I uſto predictos comites examine perdens.
I pſo namq; die quo decepti vacua ſpe:
S perauere ſuis conſtringendum fore vinclis
R egem. qui merito tenuit regalia ſceptra.
E x improuiſo preſes proruperat Vdo.
A dducendo quidem multam ſecum legionem.
A c ſubiit validum forti luctamine bellum.
N ec mora percuſſus periit gladiis Everhardus.
G iſbertus ſeuis fugiens quoq; mergitur vndis.
A t rex interea neſcit tam fortia bella:
A uerſo quid ni reſidens in littore Rheni.
N ec tunc auxilii ſciuit ſolamina tanti:
I am (miſerante deo) ſubito caſu ſibi miſſa.
D eniq; dum pugnæ ſenſit diſcrimina tantæ:
H aud gaudens inimicorum de morte ſuorum.
S ed plus tantorum mœrens de cede virorum:
S umſit non modicum (Dauidis more) lamentum
Q ui ſuper occiſum doluit regem pie Saulum.
A ſt vbi victores læti venere. videntes
I llius fuſis vultum lachrimis madefactum:
H aud aptum tanto luctum dixere triumpho.
S ed reddi grates regi debere perenni:
Q ui tunc impleri fecit pietate fideli
Q uod patet in libro regis ſcriptum Salomonis:
D icentis. iuſtum de triſticia liberandum.
N ecnon iniuſtum pro iuſto mox fore dandum.
H iis mentem regis demulcendo ſuadelis:
I pſum triſticiam cogunt deponere tantam.
E t bene victrici congaudentem legioni:
S e poſt bella ſuis blandum prebere miniſtris.
Q ui nam læticiam vultu monſtrans moderatam:
S ed clam ſubtriſtem ſeruans in corde dolorem.
R eddebat grates ymo de pectore chriſto:
N on dederat propriis ipſum quia tunc inimicis
P redam. ſed dextra protexit rite ſuperna.
I pſius titulum tanti clarumq; triumphi
N on ſibi. ſed chriſti deſignauit pietati.

Tercia conſpiratio in cedem Oddonis. per Henricum fratrem eius.

h Iis ita digeſtis: modicum tempus requieuit

C iuilis belli populus luctamine laſſus.
S ed nec ſic veteris finem ſumſit dolus hoſtis.
Q ui ſemper fragiles tentat peruertere mentes.
P oſt factum facinus ſuadēs ſuperaddere peius.
F ertur percerte quorundam pectore bile
T anto peſtiferi tandem penetrare veneni:
V t mortem regi vellent inferre fideli.
I pſius & fratrem populo preponere regem:
N ec timuere diem paſchæ ſanctum maculare:
S i poſſet fieri:fuſo cum ſanguine iuſti.
S ed non conſenſit tanti conmiſſa piacli
A gnus paſchalis:qui pro nobis redimendis
S e dedit electum patri moriens holocauſtum.
S ed mox conſilium cunctis nudauit eorum.
E t ſic inſontis ſaluatus erat bene ſanguis.
Q uiqꝫ rei placitæ ſunt inuenti ſceleroſi:
P ro modulo culpæ pœnis damnantur amaris.
Q uidam iudicio condemnantur capitali.
Q uidam de patria longe pelluntur amanda.

Deſcribitur penitentia Henrici. propter coniurationem in Regem fratrem.

P oſt hec Henricus frater regis generoſus:
Chriſti gratiola tactus: ſub corde ſecreto
Secum tractauit.ſummoqꝫ dolore reuoluit:
C ontra iuſticiam quicquid perfecerat vnquam:
H oc quoqꝫ defleuit nimiis perſepe lamentis:
Q uod male blanditis horum ceſſit ſuadelis:
I pſum qui verbis corruperunt ſimulatis.
S ed quamuis talem ferret ſub corde dolorem:
P reſentare tamen ſpacii per tempora longi
N on ſe regali preſumebat faciei.
A bſens ſed cordis ſtudio florente dolentis:
O ptabat veniæ dari munus ſibi dulce.
T andem percerte forti deuictus amore:
I llico penalem proicit de corde timorem.
E t ſub nocturnis nimium ſecreto tenebris
A duenIens: in regalem ſe contulit vrbem.
I n qua natalem regis celebrare perennis
R ex pius obſequiis cepit ſolemniter aptis.
D epoſitiſqꝫ ſuis ornamentis precioſis:
S implicis & tenuis fruitur velamine veſtis.
I nter ſacratos noctis venerabilis hymnos:
I ntrans nudatis templi ſacra limina plantis.
N ec horret hyemis ſeuum frigus furientis.

S ed prono ſacram vultu proſtratus ad aram.
C orpus frigoreæ ſociauit nobile terræ.
S icſic mœrentis toto conamiue cordis
O ptans preſtari veniæ munus ſibi dulcis.
Q uo rex comperto: victus pietate benigna:
I nſtantisq; memor feſti cunctis venerandi:
I n quo cœlicolæ pacem mundo cecinere:
L æti rege ſuo tenera de virgine nato:
V t pie ſaluaret mundum merito periturum:
P ro diei tantæ pacem portantis honore
C ondoluit: miſerans fratri conmiſſa fatenti:
A tq; ſuam pie gratiolam conceſſit habendam:
I lli cum veniæ dilecto munere plenæ.

Henricus Bauariæ dux eligitur. & Hun
gari bello victi per eum & Bauari.

Ecnon poſt aliquot ſpacii tẽpuſcula parui:
n Ipſius iuri proceres ſubiunxerat omnes.
Famoſæ nimium gentis Baioariorum.
I pſum nempe ducem merito faciendo potẽtem:
E t poſt hec vltra fuerat diſcordia nulla.
I nter eos. animis fraterno fœdere iunctis.
A vareſq; per hunc ſeui ſepiſſime victi.
P oſt hec Oddonis regnum regis ſpacioſum:
N on ledunt telis (conſueto more) cruentis.
T angere nec contingentes audent nationes.
E x terrore ducis tanti nimium tremefacti.
H ic quia prudentis functus valitudine mentis:
H iis hominum monſtris bellis obſtans iteratis:
A d nos pergendi calles recluſerat omnes.
I nſuper & primus chriſti bene nomine tutus:
A udenter cum ſubiectæ plebis legione:
E iuſdem populi patriam petiit ſceleroſi.
I mpugnans gentem cunctis retro nãq; rebellẽ.
S cilicet & ſpoliis rerum captis variarum:
Q uas ſibi conmunes collegerunt prius hoſtes:
O rbis perplures deuaſtantes regiones.
V xores procerum: ſoboles rapuit quoq; dulces:
E t ſic proſtratis rediit gaudens inimicis.

Vxor Henrici regis Iuditha moritur.

Stis ſic habitis: properata diecula triſtis
i Venerat. ingentẽ noſtris augendo dolorẽ.
In qua. prefulgẽs meritis regina ſupremis
I udith preſentis vitæ diſceſſit ab oris.
I pſius imperio genti faciens famulanti

T riſticiam.necnon nimium cordis cruciatum:
E ius in abſceſſu magno q̄m denique luctu
E t non inmerito fleuit plebecula cuncta.
Q uam plus maternæ fouit pietatis amore:
Q uam dominatricis iuſſis confringeret artis:
C ui licet a chriſto requiem ſine fine perennem
N ecnon læticiam iuſtis retro reparatam
P reſtari citius iam non dubitauerit vllus.
Q ui meritum vitæ ſciuit laudabile caſtæ.
I pſius ac mitem geſſit quam deniqꝫ mentem.
A ttamen: humanæ pro conſuetudine cauſæ:
N on mirū populus planctū ſibi ſumſit amarū:
D um ſibi tam ſubito fuerat ſpes tanta ſubacta.
E t facies dominæ nimium regalis amandæ:
N ecnon ſubiecti prefulgens gloria regni:
M andantur terræ gremio ſeruanda ſub amplo:
D onec aſſurgat.non corruptumqꝫ reſumat:
Q uod nunc includit tumulus:prenobile corpus.

Luidulfus Henrici filius & filia Lingarda

Aec igitur puerū ſupra paucis memoratū
h Acriter orbatum dimittebat Luidulfum.
Fœminei dulcem ſexus vnā quoqꝫ prolem:
N omine Lingardam.ſumma bonitate coruſcam.
M oribus & facie ſimilem matri venerandæ.
I n quas percerte ſoboles mox ſtirpis amandæ
A ffectu cordis populus deducitur omnis
M agno.pro meritis ſummis vtriuſque parentis.
S ed magis ac iuſte dulci feruebat amore
E rga regalem puerum dominum Luidulfnm.
I pſum ſpe mentis tota complexus amantis.
H icqꝫ ſibi naturales imitans bene mores:
E xtiterat cunctis blandus dulcedine mentis:
M anſuetus:clemens:humilis.nimiumqꝫ fidelis.
H inc quoqꝫ gratiolam (chriſto preſtāte benigno)
T antam promeruit:meritam digneqꝫ recepit:
G entibus vt cunctis patris imperio religatis
V t quicumqꝫ ſuæ ſaltim perpaucula famæ
V erbula conciperet latebris propenſius auris:
I pſius in dulcem totus raperetur amorem.
A bſentem venerans animis dominum ſtudioſis:
Q uem pater ægregius rex & ſenior venerandus
D ilectæ matris mortem grauiter pacientem
A ffectu patrio:necnon pietate benigna:
D igno percerte iam ſnblimauit honore.

ubiectis faciens regni digne dominari.
Conradus frãciæ rex ducit luidgardã. & Ludulfus ducit Idam: Hermãni ſueuorꝝ ducis filiã. ſic franci & ſueui oddonis obediũt imperio.

Ecnõ luidgardã: ſimili cauſa venerandam:
n Vnica fœminei quæ ſpes ſexus fuit illi:
Gratiola parili coluit. prouexit. amauit.
H anc quoqꝫ conrado vinclis ſociauit amoris.
A egregio ſtrenuoqꝫ duci nimiũ quoqꝫ forti.
M unere qui talis dignus conſtabat honoris.
V tqꝫ ſuo ſubdi nato faceret Luidulfo:
M ultum deuotæ perfecto mentis amore:
F rancorũ gentis dominos prenobilis almos:
N ecnon primates ſueuorũ ſcilicet omnes.
I pſi legali perpulcram fœdere iungi
I dam iuſſit. hermãni natam ducis almi.
Q ui fuit illuſtris princeps in partibus illis:
H æc quoqꝫ regalis fuerat conſorcia prolis
P ro meritis propriæ probitatis digna ſubire.
A c vice reginæ ſummo veneratur honore:
R ege iubente quidem per conſuetã pietatem.
I llam nec habitare locis voluit ſegregatis.
R ex idem nati digne ſuccenſus amore.
S ed ceu reginam regnũ tranſire per amplum.
Q uo ſic dilectus ſentiret filius eius:
D ulcia gratiolæ ſemper munuſcula magnæ.
I pſi cum ſponſa regni ſociatus in aula.

Lothari9 rex Italiæ morit᷑. & regnũ Atelheyde Rodulfi filiæ relinquit᷑. Illa per Berengarium regno ſuo priuatur. & incarceratur.

Nterea rex Italicus grauido lotharius
i Infectus morbo: mundo diſceſſit ab iſto:
Italiæ regnum linquens: merito retinendũ
S ummæ reginæ. ſibi quã ſociauit amore.
R egis lodulfi fuerat quæ filia magni.
E dita magnorum longo de ſtemmate regum:
C ui nomen clarum dictauit ſumma parentum.
N obilitas illam digne vocitans athelhaidam.
H ec quoqꝫ regalis formæ preclara decore.
A tqꝫ ſue cauſis perſone ſedula dignis
F actis regali reſpondet nobilitati.
S cilicet ingenio fuerat prelucida tanto:
V t poſſet regnum digne rexiſſe relictum.
S i gens ipſa dolum mox nõ dictaret amarum.

Deniq; defuncto quem predixi lothario.
Pars quædam plebis:fuerat que retro rebellis:
Menteq; peruerſa propriis dominis inimica:
Reſtituit berengarii regnum ditioni.
Quod patre defuncto raptum violēter ab illo.
Olim per regis manus deuenit hugonis.
Optato certe qui ſublimatus honore:
Detegit inuidiæ quicquid ſub pectore triſti
Geſſit.dum regni defleuit damna paterni.
Felleq; plus iuſto cordis ſuccenſus amaro.
Fudit in inſontē concretum quippe furorem.
Iniuſtam vim reginæ faciens athelheithæ.
Quæ regnans:illi damnū nō fecerat vllum.
Nec ſolum celſæ ſolium ſibi proripit aulæ:
Sed ſimul erarii clauſtris eius reſeratis:
Omne quod inuenit dextra tollebat auara.
Aurum cum gēmis:varii generis quoq; gazis.
Necnō regalis ſertum prenobile frontis.
Ornatus nec particulā dimiſerat vllam.
Nec timuit propriis illam ſpoliare miniſtris.
Obſequiis quoq; perſonis regalibus aptis.
Regaliq; potentatu:miſerabile dictu.
Poſtremo quoq; pergendi:pariterq; meandi:
Quo vellet libertetē male denegat omnem.
Solam cū ſola cōmittens namq; puella
Seruandā:cuidam comiti ſua iuſſa ſequenti.
Qui iuſſis captus regis nō iuſta iubentis:
Non metuit propriā culpæ ſine crimine domnā
Clauſam carcereis clauſtris ſeruare cubili.
Circum diffuſis cuſtodum deniq; turmis.
Vt mos perſonas eſt ſeruari ſceleroſas.
Sed qui de vinclis petrū tollebat herodis.
Hanc quando voluit miti pietate redemit.

Quomodo in carcere fuit liberata per
epiſcopum Adelhardum.

Erte dum variis animo foret anxia curis:
c Nullaq; ſpes ſibimet certi ſolaminis eſſet:
Preſul Adelhardus factū deflēs miſerādū:
Vixq; ſuæ damnū charæ paciens graue domnæ:
Illi tranſmiſit miſſum mox namq; ſecretum.
Vtq; fugam caperet monitis ſuaſit ſtudioſis.
Ac peteret muris vrbem ſtructā bene firmis.
Quæ caput ipſius conſtabat pontificatus.
Hic loca preſidii mandans tutiſſima certi.

I lli condignũ quoqꝫ preberi famulatum:
H is nam regales monitis pulſantibus aures:
I nclita demandans Elis regina benignis.
L ætior exoptat vinclis abſoluier artis.
Q uid faceret tamẽ ignorat.quia nulla placebat
I anua.quæ ſomno preſſis cuſtodibus alto
I llam nocturnis pateretur abire ſub horis.
S ed nec perſonã charã in famulatibus vllam
S ubiectam ſibi:carcereis poſſedit in antris.
I pſius implendis eſſet quæ ſedula iuſſis.
N i ſupradictã ſolũmodo namqꝫ puellam:
N ecnõ preſbyterũ vitæ laudabilis vnum.
H is vbi cõtinuis narraret cuncta lamentis:
Q uæ merens animo multũ voluebat amaro.
V oti cõmunis placito:viſum fuit illis:
R es melius verti:ſtudio ſi forte latenti
S ub terra foueã facerent fodiendo ſecretam.
P er quã de vinclis poſſent euadere duris.
H ec ita percerte conſtat completa fuiſſe.
O tius auxilio chriſti preſente benigni:
N am caute fouea iuxta placitum reparata:
A duenitqꝫ libertati nox apta recenti:
I n qua dum ſomnus plebis proſerperet artus.
T antũ cum ſociis regina piiſſima bonis
C uſtodum fraudes fugiens euaſerat omnes.
A tqꝫ viæ ſpaciũ noctis ſub tempore tantum
P ertranſit:plantis quantũ valet ergo tenellis.
S ed mox vt ſciſſis ceſſit nox furua tenebris:
A tqꝫ polus radiis cepit palleſcere ſolis:
A bſcondens in ſecretis ſe cautius antris.
N unc vagat in ſiluis.latitat nunc deniqꝫ ſulcis.
I nter maturos Cereris creſcentis ariſtas.
D onec nox ſolitis rediens induta tenebris:
O btegit rurſum nebulo terram tenebroſo.
T unc iterato viam ſtuduit ꝑcurrere ceptam.
Querit̃ per diuerſa loca Atelheyda regina.
Eniqꝫ cuſtodes illam nõ inuenientes:
d Narrabãt factum comiti multũ tremefactĩ
Cura cui conſeruandæ fuit inclita domnæ.
Q ui terrore grauis percuſſus corde timoris:
P ergit cum ſociis illam perquirere multis.
E t cum deficeret:nec iam dinoſcere poſſet:
Q uo regina ſuũ tulerit clariſſima greſſum:
D etulit ad regem Berengariũ timidus rem.

H ic quoq; cõtinuo nimiã cõuerſus in iram.
C ircũquaq; ſuos ſubito mittebat alumnos.
P recipiens illos nullum tranſire locellum.
S ed caute cunctas iam perluſtrare tenebras.
S i forſan latebris regina lateret in vllis.
I pſeq; cũ fortis ſequitur turba legionis.
C eu qui vult hoſtes bello ſuperare feroces.
E t rapido ſegetem curſu peragrauit eandem:
I n cuius ſulcis latuit cunc domna recuruis.
H æc quam querebat cereris contecta ſub alis.
S cilicet huc illucq; locum percurreret ipſum:
I n quo nõ paruo iacuit terrore grauata.
F t quãuis circũpoſitos diſiungere culmos
N iſibus extenta cunctis temptauerit haſta:
N on tamen inuenit: chriſti quã gratia texit.
A ſt vbi confuſus rediit: nimiũ quoq; laſſus:
P reſens Adelhardus mox aduenit venerandus.
I nduxitq; ſuam gaudenti pectore domnam:
I ntra namq; ſuæ muros vrbis bene firmos.
H icq; ſibi digne toto ſeruiuit honore.
D onec maiorem chriſto miſerante decorem
R egni ſuſcepit. pridem quẽ meſta reliquit.

Oddo intrauit Rhomã. & ducit in vxorẽ Atel/heydam. miſſo prius Ludolfo filio: vt res Italie exploraret. & adelhait in germaniã duceret.

Eniq; noſtrates quidam: tunc experientes
d Reginã domino deſolatam fore charo.
Cuius predulcem guſtauere pietatem.
C rebrius oddoni magno tunc deniq; regi
A uguſto: ſed Rhomani nunc deniq; regni:
N ullam dicentes aliam cõſiſtere dignam:
T ectã ſub ipſius thalami regalia duci.
P oſt obitum domnæ flendum cunctis eadithæ.
E t rex lætatus tantæ dulcedine famæ:
P ectore voluebat tacito per tempora longa:
Q uo pacto ſibi reginã cõiungeret iſtam:
Q uæ fuit inſidiis regis circũdata tantis.
V enit & in mentem: predictũ deniq; regem
Q ui quondã patriis fuerat depulſus ab aruis:
E ius & auxilio citius miſerante reductus:
I ngratum fore nunc donis tantæ pietatis.
H inc quoq; mox aditum ſibimet ꝓuiderat aptũ:
I pſius Italicũ iuri ſubiungere regnum.
H oc vbi colloquio ſenſit narrante paterno.

Patris amor verus:ſpes & gentis Luidulfus:
Non ſua ſollicitans patris ſed comoda tractans:
Perpaucis ſecum ſociis ſecreto reſumptis
Italiam peciit.fortiqꝫ manu penetrauit.
Exortans patris imperio populū dare collum:
Moxqꝫ redit clarum referens ſine marte triūphū.
Quo rex cōperto populis narrātibus Oddo:
Corde ſuper natum læto plaudebat amandum.
Ipſius cauſa qui iam diſcrimine tanta
Audacter ſubiit.gentem turbando ferocem.
Vtqꝫ labor talis nō fruſtraretur amoris:
Ipſe quidem gentē feſtinus adiuit eandem:
Plebis nō parua propriæ comitante caterua.
Regalis pompæ vario comptuſqꝫ decore.
Alpibus accinctas altis intrauerat oras.

Berengarius aduentū Oddonis in Italiā audiens:papiā ſe contulit:quā Oddo cepit.

Is Berengarius cōpertis:obſtupefactus:
h Non bellum mouit regi.nō obuius exit:
Sed ſe ſaluandū:caſtello protinus apto
Intulit.in tutis poſito firmiſqꝫ locellis.
At rex famoſus noſter virtute ſuperbus:
Audacter ſatis ignotas pertranſiit oras.
Italici papiam regni cepit quoqꝫ domnam.
Qua certe capta:cuncti velut agmine facto
Querētes regem proceres venere recentem.
Certabant qꝫ ſuo iuri ſe ſubdere magno.
Quos nam more ſuo ſuſcepit mente benigna:
Promittens ipſis eius munus pietatis:
Si poſt hec illi ſeruirent mente fideli.

Oddo nupcias cū Athilheyda papiæ celebrat.

Stis ſic habitis:crebro tractamine cordis
ı Reginæ ſatis ægregiæ memor ē adelheythe
Regalem certe cupiens quādoqꝫ videre
Ipſius faciem:cuius didicit bonitatem.
Vnde quidam mandatelis ſecrecius actis.
Que fuerant pacis:necnō predulcis amoris:
Sub ſigno fidei firmæ mandauerat illi.
Hoc quoqꝫ ſuadelis exhortabatur amicis:
Vt celeri papiam curſu peteret populoſam
Vrbem.quā cum triſticia dimiſit amara.
Quo preſtante ſacra regis pietate perennis:
Hic modo ſublimem gaudens captaret honorem.
Quo prius ingentem fuerat perpeſſa dolorem.

H is mandatelis ceſſit regina benignis.
E t quo iuſſa fuit pariter comitātibus iuit
P ermultis ſubiectorū cuneis populorum.
V t rex hos ſenſit: cuius mandamine venit.
I pſius henricū fratrem precepit amandum
H uius in occurſum regredi trans litora padi.
V t ſublimandā regni ſplendoribus heram
T anti compoſitus ducis ornaret famulatus.
Q ui ſtudio mentis precepta ſequēs ſenioris:
E greditur certe cum regali legione.
C aſtraq; reginæ gaudens petiit venerandæ.
I n quis cum ſociis reſidebat deniq; multis.
I llam condigne ſummo comitatus honore.
D onec regali preſentaret faciei
Q uæ merito regi ſtatim placuit ſatis ipſi:
E ligiturq; ſui conſors digniſſima regni.

Oddo rebus Italiæ compoſitis: cum regi/na vxore Saxoniam petit. & Conrado pa/piam & Italiam cōmittit.

Vnc rex ſe nouitate rei cernens retineri
t Tēpore ne patrias inſtāte rediret ad oras:
Luidulfum placuit charū premittere natū:
V t gens ſaxonū fortis volitaret ad illum.
E t regnum ſub patrono ſtaret vt bene tanto.
Q ui parens iuſſis deuota mente parentis:
A d patriam rediit. curam regniq; recepit.
O mnia prudenter: necnō nimiū ſapienter
C omplens. in patria que tunc fuerant facienda.
I nterea dux Henricus regis venerandus:
F rater: in Italia cordis conamine ſummo
O bſequiis operā geſſit regalibus aptam.
O fficiū nō germani ſolūmodo chari:
S ed mage ius ſerui ſtudio cōplendo benigni.
H inc nō immerito regi placuit ſatis ipſi.
E ſt quoq; reginæ fraterno vinctus amore:
A ffectuq; pio fuerat dilectus ab illa.
T unc rex Italie peragrauerat vndiq; regnum.
P rimates regni propriæ ſubdens ditioni.
H is quoq; completis: iuxta votūq; locatis:
N e Beringarius regnū raperet ſibi rurſum:
C onradum cū non paucis ex agmine lectis:
I n papia reſidere ducem iuſſit ſapientem.
C ui veneranda ſuæ dederat conſorcia natæ:
I pſeq; cōtinuo rediit cum cōiuge clara:

I ntendens patriæ ſedem feſtinus adire.
Q uem gauiſa quidem plebs ſuſcepit venientem.
A ltithrono grates ſpargens super æthera dulces:
Q ui miſerando ſuæ plebis ſolita pietate:
Q uem pius elegit regem cum pace reduxit.

Conradus ducit Berengarium
ad Oddonem. quem Oddo re
gno Italiæ reſtituit.

Ac ita læticia dignis rebus celebrata:
h Aduenit dux Coradus cum pace reuerſus.
Adducens Berengarium ſupra memoratū:
I pſius ingenii captum ſic arte profundi:
G ratis vt Oddoni venit ſe ſubdere regi.
T unc iidem rex: qui ſemper fecit ſapienter:
H unc regem certe digno ſuſcepit honore.
R eſtituens illi ſublati culmina regni.
I ſta percerte tantum ſub condicione:
V t poſt hec cauſis non contradiceret vllis:
I pſius imperio multis longe metuendis.
S ed (ceu ſubiectus) iuſſis eſſet ſtudioſus.
H oc quoq; ſollicitis decreuit maxime dictis:
V t poſt hec populum regeret clementius: ipſum
Q uem prius imperio nimium contriuit amaro.
Q ui ſe complendis ſimilās promptum fore iuſſis
O tius abceſſit. patriam lætusq; petiuit.

Berengarius reſtitutus rurſus
Bellum in Italia commouet.

St vbi ſublimem regni poſſederat arcem:
a Leſus ſuadelis quorundam namq; ſiniſtris
Mox infœlici grauiora quidem iuga genti
I nfert vi magna. pro deſpectu ſibi facto.
S e regnum precio conteſtans emere magno.
N ec fore culpandum ſi ius fregiſſet auorum.
S ed magis oddoni culpæ meritum reputari
I pſi: primates plebis qui venderet omnes.
H æc res ad regem mox vt deuenit eundem:
I n Berengarium iuſta ſuccenditur ira.
C orde ſuper populi damnis mœrens miſerandi:
I n meliusq; ſtatum ſtatuit conuertere rerum.
E t faceret citius: chriſti munimine fultus:
S i non fortunæ reſtaret cauſa ſiniſtræ.
M amq; decore ſui florente per omnia regni:
C um ſe gauderet cunctis fulgere ſecundis:
P rotulit antiqui renouata lues inimici

F raudis cõmentum cunctis per ſecla dolendum.
I am tunc pacificum tentans confundere regnum
H oc vt quantotius poſſet patrare malignus:
R egni rectores primum turbauerat omnes.
S perans interitum plebis mox eſſe futurum.
D eniq; famoſi natus regis Luidulfus
V t cognouit amiciciam:ſignis ſatis aptis:
Q ua tunc perfectæ fidei dilexit amore
H enricum regis fratrem regina fidelis.
Q uodq; ſuæ fidei ſtudioſe ſubdidit omne.
T angitur interni iaculis ſecreto doloris.
H aud ira feruens.odii nec felle tabeſcens.
S ed ſuper amiſſo charæ genitricis amore:
E x ægri latebris ducens ſuſpiria cordis.
D eceptusq; malis permultorum ſuadelis:
P ertimuit (fragilis pro conſuetudine mentis)
Q uod poſt non vti donis deberet honoris
C ondigni.ſed forte locum ſubire ſecundum.
Q uod fieri chriſtus nunquam permitteret æquus
S i ſtaret regnum iuſta ſub pace quietum.
A ſt vbi ſub triſti vultu ſepiſſime patri
M onſtratur mœſtus:ſolito nec more ſerenus.
S enſit deceptum ſerpentis fraude doloſi:
S ed quo legalem patris hinc augeret honorem
H iis rex compertis. ex proſperitate fidelis
L ætatus prolis tota dulcedine mentis.
H ec illi mandat ſcriptis extemplo remiſſis.
I n ſeclum ſecli maneat laus omnipotenti:
Q ui dedit in tantis temet gaudere ſecundis.
G rates atq; tibi dentur chariſſime fili:
Q uem conſtare quidem penitus cognoſco fidelẽ.
H aud obſcura tuæ fidei quia ſigna dediſti:
C um per te regnum cupiens augeſcere noſtrum:
S ignaſti nobis proprii decus omne laboris.
H inc ego gratanter que feciſti ſapienter
A ccipiens:vice conuerſa condigna rependo.
H oc ipſumq; tibi regnum conmitto regendum:
I mperio ſubdi noſtro quod conſtituiſti.
P recipioq; tibi iuſſis dilecte paternis:
V t quem victrici populum dextra ſuperaſti:
A bſq; mora tecum facias firmare tenendum.
F œdus cum iuramento ſtructum metuendo.
H ec dux Luidulfus decreta legens venerandus:
L ætior ex mandatelis tantæ pietatis:

I uſſus cum iuramento religat ſibi firmo :
A d patris obſequiū populum digne moderādū .
Oddo ſecundo Italiā petit & coronat̄ in impatorē
Iis bene diſpoſitis ſummo cū fœdere pacis
h Ardens abſentis faciem meruiſſe parentis:
Coniugis & charæ dulci deuictus amore :
A c prolis geminæ longe poſt terga relictæ :
P oſthabitæ fines patriæ placuit repedare .
Q uo poſt exilii pondus nimium graue duri
P oſſet quandoquidem patriæ captare quietem.
V tq; celer morulis hec impleret ſine cunctis:
N on iter optatum pondus tardauerit vllum:
C ollectim patrias iuſſit premittere gazas.
I pſius & faciem turbam precedere totam:
Q uam belli cauſa ſecum deduxerat illo.
P romittens ipſum (vita comitante) futurum
A d fines patriæ ſpacii poſt tempora parui.
H oc quoq; melliflui verbis ſignauerat oris:
I n quis caſtellis: in quis voluitq; locellis :
S umptus hoſpicii dignos ſibimet reparari.
H ac moti fama noſtrates deſiderata:
A ffectu cordis ſtudebant interioris.
O mneq; meroris pondus: cunctiq; doloris
Q uod prius abſentis cauſa tulerant ſenioris :
E x animo deponentes conmuniter omnes:
C auſam læticiæ duxerunt eſſe ſupremæ :
S i poſt paucorum meruiſſent ergo dierum:
C urſus promiſſi iuxta preconia læti.
A tq; ferens ſceptrum capitis dyademate pulchræ
A tq; ſui cultus omnes regalis amictus :
O rnatus ſed maioris ſuſcepit honoris .
A uguſto ſummo pariter mox conbenedicta.

Oddo factus imperator : Berengarium in exilium mittit: cū vxore Villa. Papā deponit & rediems in Saxoniam: filium infantulum in cunis in Regem Aquiſgrani creat.

Actenus Oddonis famoſi deniq; regis
h Geſta (licet tenui muſa) cecini modulando.
Nūc ſcribenda qdē conſtāt que fecerat iidē
A uguſtus ſolium retinens in vertice rerum:
T angere que vereor. quia fœmineo prohibebor
S exu. nec vili debent ſer mone reuolui:
Q ualiter inuicti duro luctamine belli
O btinuit conſtructa locis caſtella marinis:

Q ue Berengarius: coniunx poſſedit & eius.
A c illum iuramento cogente peracto:
M iſit in exilium. miſera cum coniuge Villa.
Q ualiter & recti conpunctus acumine zeli:
S ummum pontificem quedā peruerſa patrantē
E ius nec monitis dignantem cedere crebris:
S edis apoſtolicæ fraudari fecit honore.
C onſtituens alium rectoris nomine dignum.
Q ualiter & regno tranquilla pace quieto:
N oſtrates adiens. illinc iterumqꝫ reuertens.
I pſius prolem poſt illum iam venientem
S cilicet Oddonem: nutricis ab vbere regem:
A d faſces Auguſtalis prouexit honoris.
E xemploqꝫ ſui digne fecit benedici.
H ec igitur noſtris nequeunt exponier orſis.
S ed querunt ſeriem longe ſibi nobiliorem.
H inc ego tantarum prohibente grauedine rerum:
V ltra non tendo. finem ſed prouide pono.
P oſt hec incepto ne ſuccumbam male victa.
H iis ita finitis. & ſummatim replicatis:
E ſt ingens regis pietas oranda perennis:
Q uo pius Auguſtum preſtet deducere noſtrum
I nſtantis vitæ tempus fœliciter omne.
E t fultos ſemper cunctis ad vota ſecundis:
A eccleſiæ multos cuſtodes ſeruet in annos.
N obis ſolamen dantes clementius. Amen.

Finis operum Hroſuithæ clariſſimæ virginis & monialis. Germanicæ gente Saxonica ortæ Impreſſum Norunbergæ ſub Priuilegio Sodalitatis Celticæ a Senatu Rhomani Imperii impetrato. Anno chriſti Quingenteſimoprimo ſupra Milleſimnm.

REGISTRVM OPERIS
A eſt quinternus b c d e f g h i k omnes q̄terni.

Historiarum liber continens quasdam historias Sanctarum Virginum

KS3716

225
1